



1. Anton f. Pauli, s. Veritas
Christianæ Religionis,
Halle, 1718.
2. ————— diff. de Ignigni
Harmonia Fidei que iusti-
ficat et fidei quatenus
justificare dicitur, Halle, 1723
3. Barth f. ioh. Henr. f. diff.
de Docta in Theologia Ignoran-
tia, Argentorati, 1717.
4. Baumgarther f. Sigism. jar. f.
diff. de Limitibus in concili-
anda Rationi Doctrina
revelata observandis, Halle
1751.

13

AUXILIANTE DEO TRIUNO
CONSENTIENTE AMPLISSIMO THEOLOGORUM ORDINE
MODERANTE
VIRO MAXIME VENERANDO,
DN. IOHANNE FECHTIO,
SS. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE PROF. PUBL.
ORDIN. AC VENERANDÆ FCTIS. SUIÆ SENIORE UNDIQVA-
QUE CELEBRATISSIMO, CONSIST. DUCAL. MECKL. ASSES.
SORE GRAVISSIMO, DISTR. ROSTOCH. SUPER-
INTEND. VIGILANTISSIMO,

*DNO. PRÆCEPTORE atq. COGNATO
SUO, OMNI OBSEQVIO AC PIETATE COLENDO,*

**DOMESTICAM AUDITORUM
VISITATIONEM
AB ECCLESIAE MINI-
STRO INSTITUENDAM,**

DISPUTATIONE THEOL. CIRCULARI
DELINÉATAM AC VINDICATAM
IN INCLUTÆ VARNIADUM ACADEMIÆ
ACROATERIO MAXIMO,

AD DIEM SEPTEMBR. A. O. R. MDCCIX.

Publica placideque Θεολογίαν των συζητήσει submitit

PHILIPPUS JACOBUS DALERUS,
DURLACO-BADENSIS.

ROSTOCHII, Recul. 1712.

8



Tum non esse Sacerdotium, graviterque errare, qui omnem officii partem penitus exhausisse, pulcre sibi videntur, si conciones suas, aliunde sepius magno conatu nisuq; compilatas, ex ambone recitaverint, confessiones audiverint, Coenam S, administrarint, & ad ægrotos accersiti quandoque solamina iisdem attulerint, nemo facile, nisi qui svavissimum otium malit, quam Regni DEI dilatationem, inficias ibit. Quanquam enim prædicatio Verbi Divini & administratio Sacramentorum, præcipuum Ministri officium, ob ipsam Verbi quod proponit Divinitatem, cultusq; solennis, lege nobis præcepti, celebrationem, merito reputetur, dubitandum tamen non est, his includere officium Pastoris ac Vigilis Ecclesiæ, errorem esse valde perniciosum; privatas vero informationes, admonitiones, instrunctiones, que non minus ad Verbi Divini propositionem pertinent, non minores nonnunquam fructus promittere, quod familiarius se & magis particulariter auditori insinuant, & perpetuo examine eundem ad attentionem excitant, quam in Concionibus interdum exulare res ipsa loquitur. Novimus præterea quo majora in castris, propugnaculis, aliisq; locis munitis imminent pericula, eo majori cura in excubii standum esse stationario, quem adpellant, ne de loco suo exturbetur, impetuq; hostili vel totum urbis præsidium, vel omnis in securitate constitutus exercitus ex improviso obruatur, acieq; gladii plene planeq; confundatur; cura certe haud seigniori fido incumbit Ecclesiæ Ministerio ovibus fidei ac curæ suæ commissis attendere, quo frequentiores sunt in iis dispergendi lupi rapaces callidissimi. Surrexit haud ita pridem in ipsam Ecclesia nostrâ hominum genus, quod dum spreta puriore doctrina pietatem solam in ore habet, nostro Ministerio quotidie objectat, quod rixarum contentionumque sterilium ingentem agat curam, sanctioris vero vita in auditores suos introducendæ, profunda oblivione ducatur. Non inficiamur, (que non nostrorum tantum, sed omnium temporum infelicitas est) dari haud paucos, qui de severiori

A.

DE DOMEST. AUDITORUM

riori in Ecclesia disciplina , de emendandis corruptissimis suorum moribus, de implantando ingenuo DEI & Verbi Divini amore , pa- rum sunt solliciti . Utinam inter Novatores non plerique , dum pie- tatem ubique ingenti clamore crepant, doctrinæ ad salutem nostram revelatæ, non dicam puritatem , sed veritatem, ita contemptim habe- rent, ut quid credere cuilibet liberet, id ei licere, non clam amplius, sed aperte profiterentur , execrabilis Indifferentia ! Qui officii inter nosetros sui oblii ea, quæ DEI cœtusque sui sunt , parum curant, in quo eo Separatistis Ecclesiam nostram convitiandi justam occasio- nem præbent, DEO , severo totius Orbis Judicis, gravem aliquando, sibi que exitiosam, reddent rationem. Sed ideo Ecclesiam ipsam ne- glecti officii arguere, eandem ceu Babelem quandam, ex qua sub ja- catura salutis ex eundem sit, posito omni pudore proclamare , sepa- ros sub ingenti pietatis fuso conventus agere & adeo foedo schismate dilacerare Christi corpus, id non potest non prodere animum a vera indecataque pietate longe remotum . Infrunitæ frontis sit Fan- tasticus oportet, qui vel ignoret, vel neget, quicquid uspiam boni confi- lii est, quo profigari impietas, nostrorumque mores in ordinem re- digi possent, id & excogitatum prudenter & in effectum feliciter sub- inde deductum fuisse . Et quamquam non æquus fuerit ubique con- filiorum successus, aut recte coceptorum constantia, meminisse tamen Aristarchi debebant, nec ipsorum votis, quamquam longa plerumque precum serie in initio, medio & fine, conferatis, eventum semper re- spondere & grandem sepe submissa cervice & deduciis ex profundo mille suspiriis congrederunt conventum magnum esse hypoerita- rum & Pharisæorum confluxum . Inter consilia ista, solida vereque salubria, non immerito numero Visitationem Domesticam a Ministro Ecclesiæ in medio auditorum suorum cœtu insituendam. Quam ipsa Scriptura appellat Επισκοπήν κατ' ὄντες , qua in ædibus privatorum docemus, Ecclesiæ Domesticas visitamus, ibique rationem fidei ro- gamus, aliaque id genus in timore D O M I N I exercemus , quibus vel collapsa pietas instaurari, vel mores Christianorum boni probatiq; farti teatique conservari possint. Placuit mihi in rariori hoc argu- mento , tanquam in exiguo aliquo exiguum studiorum meorum specimine edendo, salva aliorum auctoritate, prudentissimo Venera- bilis Domini Praefidis atque Cognati mei ætatem Devenerandi , suf- fulto Confilio natusque, paulo curatius versari. Et quamquam per DEI

VISITATIONE.

DEI gratiam non desuerint subinde in Ecclesia Christi Viri Præstan-
tissimi, pientissimique, qui operam suam impenderunt, ut in accuratio-
rem animarum curam ipsamque adeo *Domesticam Auditorum Visitatio-*
nem inquirerent, & omnibus illam ac singulis Ecclesie Ministris com-
mendarent; de illius tamen vera indole, necessitate item & utilitate
paucula saltem & a paucis nostrarum partium Theologis fuisse con-
scripta, multaque adhuc circa illam venire desideranda haud imme-
rito conqueritur Illustris D. *Strykius* in Annotationibus D. *Brunne-*
manni Jur. Ecclesiast. adjectis Lib. I. c. VI. p. 162. *De necessitate Visita-*
tionis Domesticæ apud Theologos nostros, rarior tractatio est, verissime inqui-
ens, & pauci sunt, qui futurum Ecclesie Ministrum informantes, hoc tema-
urgeant. Qvum tamen materia sit utilissima, ceu diximus, ad ipsam
praxin Christianismi nostri & Ministerii Christianismum promoven-
tis, pertinens, mihique nihil aliud sit propositum, quam ut olim
DEO Ejusque Ecclesie cum fructu inserviam, paulo curatus in Con-
siderationem dignissimi, quod jam designavi, argumenti inquirere,
apud animum constitui. Et quamvis initio vererer, ne tam arduam
fuscepsisse materiam tyroni vitiū verti posset, tamen cum nec ipse A-
postolus juventutem Timothei contemni velit, 1. Tim. IV, 12. juve-
nesque præterea deceat, ut sincera rerum Divinarum cognitione ad
arduum munus sacrum sele præparent, nec hasce meas meditationes
culpatum iri speravi. Cumque præterea in ipsa hujus argumenti
theoria jam olim diversis inter se sententiis divulgâ fuerint ipsimet
Theologi, multo minus culpam incursum me esse aeremque ver-
beraturum, si ad media veriorisque sententiaz inquisitionem pro
modulo memet accingerem, arbitratus sum. DEUS, Qui Sacri Or-
dinis Auctor est, & Sancti sui Spiritus gratiam in vocantibus se grati-
tiose promisit, universum institutum nostrum eo dirigat, ut vergat in
Altissimi Sui Nominis Gloriam, & Ecclesiaz temporalem eternamque
salutem!

§. II. Qvum termini in Dissertationis nostræ rubro occurrentes
sat sufficienterque sint noti, nullisque præterea difficultatum involu-
cris impediti, prolixiori eorundemque evolutione, ne aditum nobis ad
rem ipsam præcludamus, solique facem, & diem meridie videamus
accensuri, merito supersedemus. Ad omnem vero tollendam remo-
vendamque ambiguitatem distinguamus necesse est Visitationem pri-
vatam a Domesticâ, seu inspectionem potius & explorationem audi-
torum

DE DOMEST. AUDITORUM

4 torum; quæ privatim multis omnino modis fieri potest, quam ad dœ-
mum eundo. Nam dicimus esse genus, hanc vero speciem. Quan-
quam disitendum non sit, ita esse cognatas, ut altera, sine altera co-
gnolci commode haud possit. *Private* quam vel ipsa Ecclesiastici
muneris functio, vel Civilis quoque Conversationis suppeditat occa-
sio, fieri potest, certo modo etiam in *Suggestu*, utpote quando Cate-
chetica Examina, ceu alicubi locorum moris est, pro suggestu, horis
ramen privatis & absente Ecclesiæ multitudine habentur; in *Cathedra Confessionali*, ea cumprimis parte terrarum, ubi sua non defraudanda
laude consuetudo invaluit, ut unus saltem & alter ad illam accedat,
suamque Confessionem proponat. Nemo certe inficias ibit, utilissi-
mum in privato hocce congressu institui posse colloquium, & Con-
fidentis judicium, quantum quidem pro ratione temporis fieri potest,
bene explorari, an sc. recte intelligat gravissimum peccatum, a Pro-
toplasis nostris in Paradiso perpetratum, quid sit peccatum ejusve si-
pendium, utrum de peccatis ferio dolcat, an iram DEI timeat & cu-
piat illam effugere, utrum de salute per solam fidem in CHRISTUM
SALVATOREM NOSTRUM consequenda sufficieanter sit instructus,
an habeat propositum emendationis, & quæ id genus lunt alia; nec
suo destitutus fructu privata animarum cura, qua sit vel in *Catechisa-
tionibus s. Informationibus Catecheticis*, in quibus partim adolescentia &
tenuerat potissimum juvenus mollis & regi apta Regno DEI mature
affluefieri, & sanctissimis severioris Christianismi regulis imbuī; par-
tim quoque ipsa rudiora & simplicia aliorumque auditorum ingenia
ad salutarem Dei notitiam & ad veram pietatis praxin in dies magis
magisque deduci possunt: vel *rocando in templum, in ædes parochiales,*
aut in locum tertium aliud. Qua de vid. omnino Arnoldi Mengeringii
Scrutinium Conf. Catechet. ubi c.XIX.p.1364. ait: Es sind auch hier-
unter allwege von nöthen citationes & convocationes ad ædes parochi-
ales. Daz man Personen mit welchen special-casus vorlauffen zu sich
auff die Pfarre/oder in die Kirche zu gewisser Zeit/Tag und Stunde er-
fordere selbe furnehme/frage und examinire im Glauben oder Leben wie
es die Nothdurft seyn wird. Subiectit deinde elegantissima D. Musaei
verba. Aliquo etiam modo privata illa auditorum vel Ecclesiæ mem-
brorum exploratio fieri potest, si, ut loquitur *Gulielm. Zepperus in Pol.*
Eccles. neog. anni ad Conjugium animum applicaturi, & proclamationem coram Eo-
Ecclesia publicam petituri, in quo parente, vel tutoribus vel propinquis comitariibus;
Palto.

VISITATIONE.

5

Pastorem suum adeant. Ubi de Conjugio vel statu Oeconomico juste observando, de Conjugali toro sancte & innocenter custodiendo: item de honesta liberorum educatione, de benignitate erga miseros exercenda, de non excutiendo, quod Conuges haud raro comitari oslet, miseriарum jugo, aliisque exacte informari quam commodissime possunt. Privatam porro obtineri posse auditorum exploracionem ait cit. *Zepperus*, si Pater quispiam infantem recens natum Baptismi sanguino in Communionem Christi, tunc Ecclesie recipi cupiat. Adde: si qui ad S. Coenam sunt accessuri, a Parentibus, aut qui eorum vices gerunt, Ecclesiae Ministro commendentur. Hic certe de Baptismi efficacia ejusdemque fructu, de abstrusissimo S. Coenae mysterio, de mystica cum Deo unione, de fide, unico S. Coena salutariter fruendi medio, de horrenda indigne accedentium poena, aliisque ad quotidianam Christianismi praxin spectantibus, amplissima differendi occasio adnascitur. Pergit *Zepperus*: si cum morbis confitantes institutionem & solarium ex verbo Dei petant. Si illi sint erigendi, qui ob scelerata commissa in carcerebus & custodiis publicis detinentur &c. Denique exoptata quandoque auditorem aedificandi aperitur occasio in occursu vel per litteras vel per alias, vel cum auditore ambulando, cibum sumendo, iter faciendo, & sic porro. Magna tamen heic opus est prudentia, ne sanctum canibus obtrudatur, immo in Palitoris auribus perpetuo insonare debet illud Ecclesiasticæ: *Sua cuiq; rei tempestivitas*. Conf. Sirac. XXII, 6. Cum enim omnia suo tempore fiant, & hic queratur, quid sit bonum, videndum est, ne id alieno tempore queratur. *Nam ut terra variis mutatisq; seminibus, ita ingenia nostra, nunc hac nunc illa meditazione recoluntur*, haud inepte *Grotius* ait cit. Plinii verba in Epistol. 7. 9. Itaque ex qualibet diversarum privatæ visitationis viarum variorumque illius modorum recensu neminem posse latere, certo persuasi sumus, aliam esse privatam, aliam Visitationem domesticam, quippe quæ soli auditoris domo adstringatur.

S. III. Privatam vero illam auditorum cognitionem, explorationem, επιστολὴν, partem esse prorsus necessariam officio Ecclesiasticæ, neque ullo modo posse a Ministro abesse, invictis & indubitate comprobamus argumentis. Primo statim loco manifestissima reperiuntur S. Litterarum testimonia, quæ non publicam tantum, sed vel maxime specialiorem animarum curam requirunt. Dilerta namq; sunt verba ab ipsomet *Ezechiele Cap. III, 17. XXXIII, 7. 8. l. consignata:*

A 3

Probatur I.
a manife-
stissima S.
Scriptura
litterar.

Fili

DOMEST. AUDITORUM

Fili hominis, speculatorum (vigilem) dedit te domini Israëlis, ut audias ex ore meo verbame, & admonetas illos a me. Quam dixerim impio; moriendo morieris, nec admonueris illum, neque locutus fueris ad dehortandum impium a via ejus mala, ad vivificandum eum: ipse impius in iniquitate sua morietur; sed sanguinem ejus et manu tua requiram. Quod si admonueris impium, nec reversus fecerit a malitia sua, & a via sua mala: ille in iniquitate sua morietur; tamen animam tuam eripisti. Certe quot verbatot pondera, quæ ingentem horrorem Verbi Ministro animique stuporem & angorem incutere haud immerito debent. Ezechiel Propheta a DEO vocatus, ex imbecillitate nativa refugiebat vocationem, & inter captivos ad flumen Chebar per 7. dies tristis ac conturbatus desidebat: Non tamen cum abjecit, sed gratiolē iterum compellavit JEHOVA, a quo mature variis officiū sui documentis instruetus erat & eruditus, quomodo in domo DEI bene versari, vulneratas afflictasque populi in Babylone captivi conscientias dextre sanare, quomodo non universim saltem & generatim; sed & speciatim sigillatimque hunc vel illum, vel terriculamentis legis commovere, vel Evangelii svavitate consolari & erigere, Verbo! quomodo conscientia illæsa uest. t. dispersas palcere possit ac debeat. Id ni fecerit, gravissimam illam, modo a nobis delineatam pœnam, incursum esse. Ex quibus palam est, quam DEUS velit suæ Ecclesiæ Ministros sollicite monere, & libere redarguere peccantes, ni enim id faciant, eis mortem intentat. Apparet quam periculosam sustineant provinciam Pastores, & quam sollicite in ea versari debeant, non in communī saltem pro suggestu admonendo, consolando, & quod quotidie fieri solet, exquisitissimis verborum pigmentis auditorum aures tantum deliniendo, inviter item ornateque dicendo, sed & privatim hunc vel illum impium iterum iterumque præmonendo, adhortando, dehortando, stimulis conscientiæ percussum, & peccatorum oneribus gravatum consolando, svavitate Evangelii recreando, omnique tempore, ne DEUS ipsum, quia non increpavit, & peccatorem, qui se tacente peccavit, flammis perennibus perdat, invigilando & excubando. Sic namque DEUS Verbi Præconem homini comparat in specula constituto a Rege aut Principe, aut quovis alio superiore, qui, si eminus periculum videntis non annunciarerit, ipse in periculum incidit. Cum vero tot tantave animæ pericula auditoribus imminent possint, immo nullo non tempore immineant, quæ publica Verbi Divini prædicatione sat sufficiunt.

MJ 10 VISITATIONE. vob 3a

7

sufficienterque annunciat nequeunt, specialiori oratione curæ atque vigilante monitisque privatis erit insistendum. Unde concludo:

Quicunque Speculator seu Vigil in Ecclesia a DEO constitutus est, illi incumbit non tantum in genere, sed in specie unum quodque Ecclesia membrum curare cique suam impendere. sed in tempore vigiliam. Atque Ecclesia Minister est talis.

E. sedq. ut obiectum modiciorum Majoris certitudo & exinde patet. Quemadmodum enim Vigili non tantum tota urbs in genere, sed & in specie qualibet in illa domus curæ cordique esse debet, ne incendio pereat; Item, sicut speculatoris est, in specula, aut alio edito loco constitui, omnes urbis partes, cum primis tempore belli observare, siuunque animum non tantum ad totum exercitum hostilem eminus adventantem, sed & ad quamlibet illius partem, ad unumquemvis speculatorum hostilem attendere, & cives male cautos confessi in buccinando vel alio quodam signo præmonere, ne in hostium manus incident impetuque hostili plane succumbant: ita cura haud legniori fido incumbit Ecclesiæ Minister, quia, quod infra docebimus, speculator in domo Israelis constitutus est, omnia Ecclesia membra speciatim curare, siuunque illis vigiliam impendere, & non solum præsentibus mederi malis, sed etiam procul imminentibus hæresium morumque depravatissimorum periculis occurrere; de adventantibus hostibus, Satana & mundo, carne item nostra corrupta, qui vi & fraudibus saluti hominum, insidiantur, suos præmonere, & tuba institutionum, redargutionum, correctionum, exhortationum, ad sibi cavendum in clamare, vel incendio iræ Divinæ auditorum peccatis excitato, ad fundendas veræ & seria poenitentia lacrymas, quibus hic ignis extinguitur, suos publice privatimque exhortari, ne hujus seculi voluptatibus involuti, & in securitate constituti in æternum pereant planeq; succumbant. Quo tendunt verba B. Brunnemannij Cœti pientissimi, haud contemnenda, quando in Jure Ecclesiast. Lib. I. c. VI. S. 4. ait: *Quomodo vigil esse potest, qui non omnes partes Ecclesiæ curat? Ecclesia particularis est complexum, quod constat ex multis Ecclesiis domesticis. Quomodo potest quis vigilias agere, si non singulis partibus vigiliam suam impendat?* Assumptionis veritas extenuat. Non enim soli Prophetæ V. T. dicuntur Vigiles seu speculatores, sed Apostoli quoque aliique Doctores & Pastores N. T. conf. Esa. Ll. 8. Jer. VI. 17. Hebr. XIII. 17. Quibus præmissis longe graviora, pro

DE DOMEST. AUDITORUM

pro stabilienda præsentiori specialiori; animarum cura ex ipsa litera emergunt rationum momenta. Posteaquam enim universum populum suum in Babylone captivum admoneri mandaverat Benignissimum Numen, generaliter dicendo: *speculatorum te dedi domui Israëlis, ut audias ex ore meo verbum, & admoneas illos a me;* in subsequenti statim versiculo ad intimorem illius curam descendit, ac quemlibet hominem ob extantiora peccata notatum, severissime admoneri vult, ut voluptatibus hujus seculi valedicat, ut a sua desistat malitia & a via mala recedat. Ostendit vero Misericordissimus hominum Curator, repetendo verba: *nec admonueris illum, neque locutus fueris, impium specialissime dehortando insistere debere Monitorem sacrum.* Non enim sufficere, quod semel in transcursum monuerit, fueritque locutus, sed repetendas esse & inculcandas aspidie admonitiones atque objurgationes juxta II. Tim. IV, 2. vid. Act. XX, 31. Id quod ex verbo γένεται quod repetere, *inculcare & expolire* significat, haud inelegant ratio ne deduci posse videtur, ut sensus sit: Quemadmodum ferrum ex poliri solet lima, non semel, sed sèpius adhibita; sic quoque rubiginem ab intellectu & voluntate peccatoris lima admonitionis, instructio nis sèpissime adhibita auferre debere Ecclesiae Doctorem, & qui dem tanto impensius, quanto gravior ipsis aliquando pro qualibet anima fidei sua commissa, ratio reddenda erit. *Nam e manu sua Deus requiret sanguinem hominis impii, leviter vel plane non curati.* Unde elegantissimum pro specialissima auditorum cura suboritur argumentum:

Quicunque tenet ur poenam subire rationemque reddere gravissimam prounquoque homine ex Coetu fidei sua commisso ut leviter vel plane non curato, illi omnino tenentur non confuse altem & in genere, sed unumquemque in individuo, quoisque singulares rerum circumstantiae id postulant, etiam accurate atque distincte nosse, ipsius vitam exactissime explorare, adeoque non publice tantum, sed & privatim docere voluntatemque Divinam diligentissime inculcare.

Atqui Ecclesiae Ministri. E.

Majorem nemo; nisi qui existimat, posse quempiam coram tribunal iudicis, salva rei veritate, sufficiens certumque testimonium perhibere de re, obiter latem ante aut plane nunquam vel visa, vel audit a, vel

VISITATIONE.

vel explorata, impugnabit. Non enim in publicis tantum & factis con-
gressibus nostris, illuc præcipue locorum, ubi numerosiores dantur
Ecclesiæ, unius cuiusvis animam sat posse curare, sufficientemque exin-
haurire illius notitiam, quâ die novissimo coram Justissimo Judice vi-
vorum & mortuorum consistere possint, Verbi Præcones, ipsorummet
querelæ contestantur. Proinde omnino de præsentiori auditoris in-
formatione, quantum quidem adhibita omni diligentia potest, cogita-
re, & ut Speculator, ceu loquitur B.D. Paul. Tarnovius, Rostochiens. quon-
dam Professor Celeberrimus, in Tr. de SS. Minister. Lib. II.C.XXII q.2.
p. 798. scire debet Ecclesiæ Minister, quid quisque in suo cœtu agas, &
ut bonus pastor nosso oves singulas, pro quibus vigilare tenetur, tanquam de
iis rationem redditurus. Minor, quæ ex coll. textū cum Ebr. XIII,
17. sua luce radiat, stimulus sit acerrimus cuiusvis animo. Si enim
quisque pro se vix poterit rationem reddere in die judicii, quid faciet
Ecclesiæ vigil, a quo omnium subjectorum animas requiret D E U S?
Pia sunt, quæ Augustinus, Hippomen. Episcop. latam hanc a Supremo
Numine sententiam animo expendens, in Lib. III. Verbo Dom. Serm.
12. annotavit: Domine sis, quia dixi, scis, quia non tacui, scis, quo animo dixi,
scis quo animo slevi, cum dicerem & non andiver. Ipsa puto quod ratio nostra in-
tegræ est. Quia cum videlicet venientem, velut speculator, ut Dominus ad-
monet per Ezechielem, annunciarvi impio impitatem suam, i.e. correxi, non fugi,
& ideo animam meam liberavi. Accedunt alia innumera prope Sacri Co-
dicis testimonia, quibus Ecclesiæ Ministri officii sui admonentur, np.
quod teneantur omnium suorum auditorum vitam & actiones mora-
les, seu Christianismi exercitium ac studium, ex intimis quasi visceri-
bus, aut certe, quantum ejus fieri potest, cognitum habere & explora-
tum. Circuite vias Jerusalæ, inquit JEHOVA, & aspice, & considera-
te, & querite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, &
querantem fidem: & propitiis ero ei, Jer. V, 1. Repetit DEUS mandati
vocabula, ut ostendat, a) quam serio velit consultum incolis Hiero-
lymæ, b) quam desperata sit eorum malitia, cum inter tot hominum
millia, vix unus sit & alter, qui faciat judicium ex animo in Verum
DEum intento, & fidem serio querat. Quod si enim per vicos & pla-
teas invenerit virum fide insignem & coram DEO eximium, urbi
parcere se velle, quemadmodum olim in Sodomis ob decem justos
relaxare poenas promisit Benignissimum Numen, c) quantus animi
fervor, quanta solicitude quantave cura in inquirenda & exploranda

B

audi-



10 DE DOMEST. AUDITORUM

auditorum vita adhibenda sit. Non enim sufficere in publicis saltē congressibus voluntatem ipsis Divinam declarare & generalem confusamque de iis habere notitiam; sed discursandum esse etiam per vias, perlustrandum, examinandū & querendū in plateis, an detur Vir bonus, qui faciat judicium fidemque querat. Quis vel inde non videt, religiosum Ecclesiae Ministrum, nisi principali hoc sui officii scopo privari velit, præsentioribus omnino studiis, quam qualia in vulgaribus ad populum sermonibus cernuntur, in vitam auditorum inquirere, & familiarius atque ut dicitur, intus & in cute auditores suos distincte, quantum fieri potest, nosse debere. Hanc ipsam certe commendavit curam Salvator Noster, quando Luc. XV, 4. boni Pastoris officium describit, quod sc. 99. oves in deserto relinquere, & ad unam perditam, usq; dum eam invenerit, abire debeat. Quod tamen eo non extendendum, ac si nulla interea illarum cura, adeoq; publica & generalis ovium cura, publicus atque solennis concionandi actus postremo loco habendus, vel plane oblivioni dandus sit, quo quidem suave, & quod satius dixerim, inane nonnullorum, delirium tendit; sed quod major, & publica & privata peccatorem corrigendi, quam emendatum conservandi cura adhibenda sit. Hic enim jam habet, quo semetipsum nutrire, & in veritate Coelesti conservare potest, ille non item. Huilibet referre, quæ B. D. Ofiander in Bibl. ad h. l. annotavit: *Ut enim, inquit, ingenium humanum ita comparatum est, ut magis soleat de re amissa, quam letetur de rebus, quas adhuc possidet: ita Christus, Filius Dei, sollicitus est magis de peccatore in viam revocando, quam de iis, qui jam sunt in Ovili Dei: tamen & horum diligentissimam curam gerat, Ezech. XXXIV.* Ergo & nos (principie Ecclesie Ministri) summo studio in eo elaborare debemus, in peccatores ad penitentiam revocemus. Quamquam allata haec tenus pro stabilienda privata auditorum informatione, argumenta sole meridiano clariora sint, ultimo tamen loco, ne justo diffusiores simus, omnibus ac singulis Dei Oeconomis, quæ Paulus Timotheo suo in tota priori Epistola, præcipue vero illius Cap. V, 1. sqq. præscripsit, diligentissime observanda commendamus.

*Prob. II. ab
interna off.
mi ratione.*

§. IV. Convincimus secundo veritatem theses nostræ ab interna offici ratione, quod est in ratione, Act. XX, 28. 1. Petr. V, 2. Non vero cuncto gregi, debita ac sincera operâ attendit, qui, ubi publico officio defunctus est, ubi publice verbum ex ambone, sæpiusime vel suam & intaract eloquentiam ambitiose ostentando, vel plerumque

VISITATIONE

II

que temporis in explicando textu haud raro per se clarissimo, consumendo, prædicavit, & Sacra menta dispensavit, de reliquo circa singulos in specie nulla sollicitudine nullave premitur cura, sed vel domi otiosus desidet, vel convivia frequentat, vel captando turpi lucro inhiat, vel, quod dictu horrendum, voluptatibus hujus seculi plane indulget. Cui enim inspectio domus vel cura Reip. demandatur, ei simul injungitur, ut hanc curam, hanc inspectionem exerceat omni eo modo, qui ad eum finem obtinendum est optimus. Quemadmodum Josepho a Pharaone Ægyptiorum Rege gubernatio & cura totius Ægypti, ea tamen lege erat commissa, ut eandem in actum deduceret, munereque sibi delato persungeretur modo tranquillandæ Reip. omnium commodissimo. Ita quoque se res habet circa Ecclesiarum Ministrum. Cura gregis a Deo ipsi demandata est, ergo omni eo modo eandem exercere debet, qui finem, animarum emendationem & salutem promovere potest. At non tantum per publicam verbi prædicationem, sed quam maxime, immo quandoque, nonnisi per privatam specialemeque auditorum visitationem promoveri potest. Id quod ex exemplis agrorum, lectio adfixorum, captivorum & aliorum, quibus ob valetudinem sinistramque fortunam publicis congressibus, aut publico Cultui Divino interesse non licet, latis compertum est. Accedit, quod magna pars inferioris conditionis hominum, in hac cumprimis terrarum parte, publicos sermones in lingua, Germania superiori maxime propria, pro suggestu habitos sapientiæ phaleratis & sesquipedalibus verbis ubique refertos, ne quidem intelligere, nedum salutarem ex iis usum fructumque haurire possit. Cum vero anima humana Curator sit Ecclesia Minister, ait Venetius. Du. Preses meus in Apparat. Theol. ad Epist. Marbach. C. II X. p. 291. seq. Deoque Justissimo Judici rationem, si cuius unius iacturam fecerit, reddere teneatur, cur non, quecumque excogitare posse, studiis, subsidiis, mediis suorum querere salutem, & avertire damnationem debeat? Aut quis hanc (non tantum publicam sed & privatam) in Ecclesia Doctore curam, sollicitudinem, severitatem, a Deo quippe preceptam, & Ecclesiæ utilitati unice inservientem, improbat; agreferas, sufflaminet? Quis non in Calum vehementerque? Et, nisi quis S. Scripturam justa sua amplitudine ac latitudine velit privare, id ipsum ex generali Christi mandato: Docete omnes gentes & baptisate eas, Matth. XXII X. 19. comprobari facile intelliget. Prob. III. ex generali Christi mandato.

Cum enim simpliciter absque ulla restrictione dicatur, docete, præcep-

B. 3

ter

tereaque Scripturæ vocabula in ea, qua unquam possunt latitudine, consentiente tamen textus compage, sint accipienda, ultro apparet, velanæ audaciæ hominem fore, qui ad solum publicum docendi con-gressum id velit restringi; qvum potius Ecclesiæ Doctoris pruden-tiæ relinquatur quibuscumque mediis, studiis atque subsidiis, & qua-cunque ratione utili atque honesta, & publica & privata, id mu-neris expedire velit ac posfit. Ita intellexisse Apostolos, qui fin-gulis personis etiam Evangelium prædicarint, ut ex multis illustre sit exemplum Camerarii Reginæ Candaces, ait D. Brunn. supra laudatus.

Probat. IV.
atutulis Ec-
clesia Mini-
stris compe-
tentibus,

§. V. Vindicant quoque intiniorem præsentiorēmque animarum curam varia & egregia, quibus in S. Scripturis Ecclesiæ Ministri exor-nantur, nomina. Audiunt enim (1. ὁσῦ τινεγγότ, 1. Cor. III, 9. Quemad-modum vero Deus non tantum generatim, sed & in specie cujuslibet hominis salutem serio intendit, & in ipso tanquam in individuo effi-caciter operatur ad salutem; ita quoq; convenient Verbi Ministro, tan-quam DEI Cooperario non solum in genere, sed & in specie unum alterumque ex populo fidei suæ commisso, studio docere indefesso, & ad genuinum pietatis studium magis magisve provehere. Quicunque enim ne unicum quidem Ecclesiæ suæ membrum, DEO acceptum, & pretioso Uni - & Primogeniti Filii sui sanguine redemptum folli-cite curat & ad summum usq;, quantum quidem mortalibus erit con-cessum, pietatis fastigium promovere adlaborat, is neque totum Eccle-sia corpus sedulo seriove curare, sed potius 'gulæ' suæ indulgere velle, præsumitur. Nam paucis, qui debitam curam non impendit, quomodo impendet multis? Enimvero quilibet sedulo sibi caveat, ne tanquam inutilis servus ejiciatur in tenebras exteriores, ubi erit planctus & stridor dentium, Matth. XXV, 30. Audiunt (2. Nuntius & Legati DEI, II. Cor. V, 20. Omnis vero nuntius sive legatus a Domino ac Principali suo totus dependet, & ad ipsius arbitrium, nutum volunta-temque in legatione sibi commissa, convertere se se tenetur. Qui-cunque igitur DEI legatus est, is etiam tenetur benignam ejus vo-luntatem exquisitissime observare, omnesve sacros suos conatus ad il-lam componere. At vero DEUS O. M. cujuslibet hominis aeternam salutem serio vult promoveri. E. ad idem Legatus, fidelis (c. Ecclesiæ Minister, adstringitur. Dicuntur autem (3. Pastores, Eph. IV, 11. Sicuti vero pastoris ovium est, omnes ac singulas oves suas nosse, pascere nominatimque posse vocare, immo non solum vigilare, ut gregem a lupis

VISITATIONE.

13

lupis servet incolumem, sed ut iis etiam, quæ morbo aut præsentipे-
riculo sunt expositæ, omnem opem suam impendat, nec unum omni-
bus cibum proponat, sed diversimode pro rationis status ac temporis
nutriat atque conservet; ita quoque Pastoris Ecclesiæ erit oviculas si-
bi commissas probe & accurate, pro virili tamen, nosse. Non sufficiet,
auditores generatim informasse, instruxisse; sed ubi cognoverit Ec-
clesiæ Pastor, unum & alterum ex auditoribus male habere, vi titulihu-
jus Divinitus sibi collati, operam navabit, præsentissime pravum in-
crepare, ignavum excitare, infirmum erigere, robustum consolidare,
& sic deinceps, ut adeo per crebram sapientiam repetitam insinuatio-
nem omnium suorum mores, ubiubi opus, exacte cognoscere, Proverb.
XXVII, 23, temporisque successu nominatim, aut certe memorative,
ubi par est, compellare possit. Ein Hirt nennet seine Schäflein alle
mit Namen/ ait B. Großgebauer in der Wächterstimm C. II. p. 16. Ein
Hirt gibt Achtung/wie sich ein jegliches unter den Schäflein insonderheit
aus dem fürgefragenen Worte bessere. Und wann er merket / dass keine
Früchte folgen/ so forschet er nach der Ursache. Ein Hirte fordert den Ge-
horsam von seinen Schafen; Und wann sie seinem Wort nicht nach-
kommen wollen/sagt er der Heerde / dass dieser und jener kein Schäflein
sei / noch in den Schaffstall gehöre. Vocantur etiam (4. Oeconomi in
Ecclesia DEI, seu, Dispensatores Mysteriorum Divinorum, Tit. I, 7. 1. Cor.
IV, 1. Quum vero Oeconomi sit ea, qua unquam potest cura ac fide-
litate rem familiarem administrare, suos domesticos distincte nosse, ci-
bum atque mercedem justo tempore distribuere, effrenatos desidesq;
ad sustinendos excitare labores, & si ad sanam mentem redire detre-
cent, ac ceteris separare tandemque dimittere, adeoque nihil, quod
sui est officii (vel metu vel favore impeditus) intermittere; quæ non
Oeconomus DEI advertat media pariter atque subsidia, bene regendi
Ecclesiam curæ suæ commissam? Quam non in dispensandis DEI my-
steriis adhibeat prudentiam, ne conscientiam lœdat, & vñ nunquam
terminandum incurrat? quam non & publice & privatim studiose
faciat omnia, quæ ad DEI gloriam, & Ecclesiæ ædificationem credit
esse cessa? Vid. Großgebauer I. c. fusissime de officio Oeconomi
DEI differens, & quæ in fronte statim libri habetur *Censura Facultatis
Theol. inclytæ Academiæ nostræ ipsius Tract. præmissa.*

J. VI. Pro corroborando nostro, de privata auditorum in spe-
cione asserto, militabit argumentum ex ipso sane rationis dictamine sub-
ortum

Prob. V. ex
fana ratione.

ortum. Nosse debet in Politia Magistratus, saltim adhibitis ministris, oves suas, h. e. subditos, eorumque conditionem familiarem sibi reddere tenetur, ne nimium expilentur. Et certe Cyrus, Periarum Rex, si fides habenda Historicis, summis extollendus laudibus est, quod in exercitu satis numeroso, omnia singulorum militum nomina cognita haberit, adeo, ut sine monitore quemvis salutaret, & si opus erat, nominatim quoque ad virtutem hortaretur. In Oeconomia novit fidelis Paterfamilias oves suas, i.e. ceu supra diximus, attendit & observat familij ac liberorum mores, eosque majori omnino severitate castigat, quam Eli, 1. Sam. III, 13. sqq. Et si tam sollicita a pastore pecorum gregi sibi demandato, impendenda requiratur cura, quod diximus, certe *multo magis*, (verba sunt D. Tarnov, in Tr. de SS. Min. p. 796.) pastores *Spirituales singularum sue fidei commissarum oviularum curam habere* tenentur. Nam absurdum plane est, inquit Brunnen, l.c.p. 156. a *bubulcis & opilionibus requiri exactiam singularum pecudum & animalium notitiam*, sed eam non requiri in *Pastore animarum, sanguine Christi redemptarum.*

Prob. VI. ab inductione exemplorum in V. Nog, T. occurrentium, corroboramus. Sic JEHOVA Davidis cum Uriā & Batscheba factō graviter offensus, *Nathanem* Prophetam specialissime ad eum amandavit, qui eum pio zelō inductus detestandi criminis reūm fecit, & ut seriam ageret poenitentiam, sancte commovit, 2.Sam. XII, 1. sqq. *Elias* quoque, *Vit animi excelsi, & acer legum Vindex, anno, quo in Zorpa, quæ Zidoni est, a vidua, Numine sic disponente supremo, sustentabatur, jubet a DEO se se Achabo, impio Israelitarum Regi sistere, quem equidem accusati criminis, turbationis scil. in Israele, retrorquendo, optimo jure convicit, sed ad saniores eamque constantem reducere mente nullo conamine potuit, 1. Reg. XXIX, 1. sqq. 18. f. Sic *Jeremia* demandat Dominus, ut descendat in domum Zedekia Regis Judæ, ibidemque Verbum Dei annunciet, & concionem aulicam, qua ad judicium & justitiam, i. e. judicium justum hortatur, liberrim habeat, Jer. XXII, 1. sqq. In N.T. primo statim loco se offers *Sanctissimum Sanctissimi Salvatoris nostri*, cuius in docendo quoq; vestigia premere debent, quantum fieri potest, omnes Verbi Divini Praecones, exemplum, idque pro comprobanda privata ovium cura quam maxime stringens, Matth. IX, 19, & seqq. Quo in loco occurrit collig-*

VISITATIONE.

15

colloquium Christi cum scriba, qui lese in illius familiaritatem insinuare & cum ipso conjungi voluit, ea forte animi persuasione occupatus, ut una cum ipso ad summas dignitates concenderet, & amplissimas conquirendi opes ansam occasionemque impetraret, conf. Luc X, 39. s. Joh. XI, 23. seqq. Et quid clarius est illo cum Nicodemo, magna auctoritatis Viro, Atestore Synedrii Primario vel Archi-Synagogo, quo cum de primo ad Regnum Coelorum aditu fusi susserit Joh. III, 1. sq. Sic quoque per Samariam transiens in urbe Sichar, a muliere Samaritana haustum aqua petiit: licet non tam sitiret aquam, etiam si vehementer defessus, quam aeternam mulieris salutem; quod vel exinde manifestum est, quia de rebus ad anima salutem pertinentibus cum illa in specie conferebat, Joh. IV, 7. seqq. Vestigia Dulcisimi Salvatoris nostri summa cum laude insecurus, & Herodem Tetrarcham, ut quid commiserit mali, animo volveret atque revolveret, intrepido fortique animo adhortatus est, Johannes, Baptista, ob quod non multo post ardenter sustinere martyrium manuque violenta mortem cum vita commutare coactus est, Matth. XIV, 6. Paulus certe non publice tantum, sed & privatum domatimque, quo de s. l. dicimus, unumquemque tanquam Paterfamilias liberos & domesticos suos, admonere nonquam cessavit, Act. XX, 3, 1. s. 1. Thess. II, 10. s. Quanquam vero particularia haec sint exempla, & ob particulares speciesque rationes plerumque instituta, exinde tamen ad specialem atque privatum uniuscujusvis animarum Curatoris επιστολην colligere quam maxime licet. Ubi tamen, cum D. D. Fortshio, Jenensium Theol. longe Celeber, in Diss. de privata fidelium institutione §. XIX. monendum omnino putamus, discrimen inter plantandam Ecclesiam & plantatam hic nobis non obesse. Necesitas enim privatæ institutionis supra ex manifestis Scripturæ locis aliisque exinde deducit argumentis, in ipsa interna officii ratione & fine, fundata est, quæ perpetua sunt ac immutabilia, respectus vero Ecclesiæ plantandæ & plantatæ temporalis, quique institutionem privatam minime tollit.

§. VIII. Denique ad infinita, gravissimorum Theologorum, provocamus suffragia. Ex quibus, quanta cura, quantave sollicitudine gravem fidei suæ commissum, pacere debent atque docere Verbi Praecones, uberrime constabit. Egregia sane sunt & supra omnem laudem nostram posita, quæ habet B. D. Chemnitius, qui magnus omnino, immo, Theologorum post Mart. Lutherum fere maximus salutaris,

Prob. VII. a
perficius
gravis simo-
rum Theo-
logorum
laudis suffragij.

sur,



tur, in Postill. Part. I. p. 523. quorum saltem potiora, omnis vitandæ prolixitatis gratia, hic annotata omnino juvabit: **Wann ein Prediger siehet/inquit Beatus Theologus,** daß die Leute in der ersten Zaffel ohne Gottesfurcht und Liebe hingehen/ihre Zuversicht nicht auf Gott setzen / seines Nömmens mißbrauchen/schweren/lügen/und trügen / bey Gottes Mahnen fluchen/lästern/zaubern/lauffen Wickeleien und Wahrsagern nach / lassen sich segnen / oder durch andere unchristliche Mittel helfen von Schaden und Krankheit / leben in Verachtung des Worts und der Sacramenten/enthelli gen den Sabbath/gehen nicht fleißig zur Kirchenzu. halten auch wohl andere neben sich abe davon/ie. In der andern Zaffel/das die Kinder und Gesinde ihren Eltern und Herrn ungehorsam sind/die Unterthanen sich wider die Obrigkeit ausslehn/Eltern/Herrn und Frauen/Oberkeit tyrannisiren/Nachbarn/Freunde und Blutsverwandten/leben in Hof und Reid mit einander/seyn unversöhnl ich / man mordet einander/man frisst/seufzt/ huret und bubet / man treibet Ehebruch/Schinderey / Hoffart in Kleidungen/Stehlen/Rauben/Lügen/ Dringen/Geizern und Buchern gehet im Schwange/böse Leumund und Lasterreden nimmt überhand/Sünd u. Schande werden ohne Scheu getrieben. Da muß ein Prediger Acht aussgeben/u. solche Sünde strafen / und einem jeden eine Lection dafür geben/einem jeden darum besprechen in gemein und insonderheit/alles zur Besserung/ daß er einem jeden sage/ was zu sagen ist: Du gottloser Mensch/der du nach Gott nicht fragest/ ihn nicht liebest und fürchtest / du sollt wissen/ Gott wird dich wiederum für sein Kind nicht halten noch erkennen. Du Zauberer /du Wicker/ Segner / &c. Nec possum, quin subjiciam, quæ in Postill. Part. II. Dom. Quasimod. p. 87. 88. hac de materia admodum nervosæ dixit: **Dix ist die rechte Proba, pergit, eines treuen und rechten Evangelischen Predigers/wie E. L. oft gehöret / manz einer also predigt / daß er seine Kunst beweisen will/redet weitschafftig und gewaltig vom rechten Verstand des Gesetzes** ~~.....~~ **wann schon bereit das außs allerbeste verrichtet / und die schönsten / gelehrttesten Predigten thut.** Das find die Herren von der Generalität/ die um den Brey rum gehen/und machen es künstlich und kluglich/ auff unterschiedliche Art und Manieren/ wie mans haben will/&c. wo ers / so inegemein bleiben läßt / und hat nicht insonderheit mit der Sünde seiner Zuhörer und befohlenen Schäflein zu thun ~~.....~~ oder wo er sieht/dass einer in Sünden fort fähret ohne Buß und Besserung / ist ein Verächter des Worts und der hochwürdigen Sacramenten/fraget so viel

VISITATIONE.

17

viel nach dem Gesez / als dem Evangelio / und ein Prediger wolte
 dann gedrucken / was frage ich darnach / wer nicht so gen
 will / der bleibe zurücke / bespricht ihn nicht seines gottlosen
 Fürhabens halber / straft ihn nicht mit Ernst / wann der Predi
 ger NB. noch so gelahrt wäre / noch so schöne Predigten ihm
 Edinre / so ist er kein rechter Diener Christi / kein nützer Predi
 ger / den Leuten ist mit seinen Predigten niches gedienet / son
 dern sein Predigen ist niches anders denn ein Schnaderey / und
 vergeblich Eödern / für die langerweile nur angestellet / damit
 niemand gedienet ist. Neque vero remissiorrigore specialem ac
 que privatam istam auditorum visitationem exigit B.D. Hieronymus
Mencelius, Superint. quondam Mansfeld. a Mengeringio in Scrut.
 Conse. c. XIX. allegatus, inquiens: **GOD** hat ein hart und
 ernst Mandat durch den Propheten Ezechiel allen Kirchen-Dienern
 verlassen. Denn also steht Ezech. III, 17. s. c. XXXIII, 7. 8. **Du**
Menschenkind / Ich habe dich zum Wächter gesetzt über das
Haus Israel / etc. Da höret man / welch ein Ernst es unserm lie
 ben **GOD** ist / um die treuliche Unterrichtung des Kirchen-Amptis /
 daß Er anzeigen / wo seine Diener werden untreu und unsfleißig seyn /
 daß Er also das Blut der Gottlosen von ihren Händen / und al
 so ganz schwere Rechnung fordern will. Und erstreckt sich soich
 ihr Amt nicht allein ingemein auff das ganze Volk / so ihm
 befohlen ist / (wie es etliche Generalisten gerne gedeutet haben wol
 ten /) sondern auch insonderheit eine jede Person unter demsel
 ben ihm befohlenen Pfarr-Volcke etc. Idem eodem prorsus mo
 do contendit *Simon Pauli*, in der Auflegung der Sonn- und Fest
 Täglichen Episteln durchs ganze Jahr / vel im Aufzug aus der
 Evangelien Postill / & quemque allegat *Dedeken*. in Consil. Theol.
 Vol. I. Part. III. Sect. III. p. 919. seqq. D. *Simon Musaeus* forte
 in Postill über die Sonntag Evangelien / Wer demnach / ait post
 prolixiorum hujus rei probationem, im Heiligen Predigt-Amp / sei
 nem Amt und Beruff / so viel möglich / durch Gottes Beystand will
 genug thun / der muß je so getrew Sorge tragen für ein Schäflein al
 lein als für die ganze Heerde zusammen / und zwar nach Christi Anwei
 sung / *Luc. xv.* ist ein gefallener Sünder für 99. Gerechten in sorgfältige
 Achtung zu nehmen sc. Ex instituto quoque hac de re agit *Paulus Tar
 nouius* noster in Oratione publice heic loci A. 1616. habita, & a *Dedek*
 I. c. p. 653. allegata. Ubi inter alia egregie dicit, si Minister cum fru

C

stu



DE DOMEST. AUDITORUM

18

Tu velit officio suo fungi, ante omnia cognita ipsi esse deberè singulorum suorum auditorum ingenia, mores, profectus, &c. Quod pereleganti similis Medici & hortulani mirum in modum illustrat. Idem in Tr. de SS. Minist. superius alleg. c. XXII. q. 1. p. 795. afferit variisq; argumentis nervose comprobat. Hanc vero privatam singulorum curam ait ibid. a plerisque negari, si non ore, certe corde. Iple etiam Arnold. Mengerinjus, D. & Superint. quondam Hallent. in cit. Scrut. Consc. Catechet. p. 1352. longefusissime & magno cum fervore tractat materiam de privata circa singulos auditores cura. Momentum hujus rei statim in limine emphaticis verbis representat, dicendo: Ich wolte daß diese Frage (np. an privata singulorum cura sit habenda) mit rothen Zinnoben möchte gedruckt werden / Ja ich möchte wünschen daß sie mit goldenen Buchstaben in alle Studir-Stüblein und Bett-Kämmerlein möchte angeschrieben / Ja daß sie möchte mit eisern Griffeln und spitzigen Demantien auf die Tafel der Herzen aller Seelsorger und Pfarr-Herrn gegraben werden / damit sie nimmermehr solche Frage und Gewissen-Rüge ließen aus den Augen und Sinn/Herzen u. Gedanken kommen. Ach ! tretet heran/ ihr lieben Herren und Brüder in Christo/denen Gott Seine Kirche und Gemeine durch ordentlichen Beruff vertrauet und anbefohlen === Hier sollt ihr wissen/ Ehrwürdiger Herr Pfarrer / es sind euch alle selben Seelen in Eurer Gemeine auff Eure Seel und Gewissen befohlen/ nicht allein in gemein hin / = sondern auch einem jeden derselben Gemeine in individuo, mit Lehre/Trost/Unterricht/Bermahnung und Warnung zu versorgen und zu versehen so viel Euch immer Mensch. und mögl. auff einem jeden insonderheit Eure Seelsorge und Amts-Pflege/ vorrinnen es vonnothen/ zu richten. Nec aliter sentit Dn. D. Förschius l. c. s. XVII. f. & Philipp. Henr. Friedlibius in Medulla Theologie, per Theoremata, dicta Clasica, questiones, Controversias & Calus Consc. concinnata, p. 1003. quærit: An sufficiat generalis corruptio & non requiratur, ut Minister cuiuslibet vitam exacte cognoscat? Resp. 1.) Paulus eva exec-
tor instituit, & adimonuit, Act. XX. 20. 2.) Norunt Ministri, quis ipsis in Ecclesia benefaciat, & quis contra nihil eroget, cur ergo ignari deberent esse, num quis dignus Clave vel ligante vel solvente. Allegat eam in rem D. Krakewizum, Sen. Theologum de Ecclesia Christi bene meritum, qui in Tr. vom Beichtstuhl p. 53. f prolixe consuetis dictis atque argumentis probat, omnino incumbere Ecclesia Ministro, ut specialis-

limam

VISITATIONE.

19

mam sibi acquirat auditorum suorum notitiam. Quem hoc in momento recto pede insequitur supra jam laudatus *Theophilus*, *Großgebauer* ad *Ædem Cathedr. D. Jac. Sacram Diaconus Rostoch.* Vigilantissimis in der Wächterstimm auf dem verwüsteten Zion. p. 10. seqq. Hanc ipsam Pastoris pro ovibus curam majorem in modum urget *D. Jo. Ludov. Hartmannus*, *Roteburgi ad Tuber.* Superint. in pietatis praxi Exercitatissimus, in Pastoral. Evang. L. III. c. LXIX. p. 1287. Quanquam ad domestica auditorum Visitationem, de qua mox acturi sumus, non plane descendat. Quanta denique severitate animiq; fervore in ipsum ab omnibus & singulis Verbi Ministris exactissime observari velit B.D. *Brunnemannus*, Consiliarius quondam Brandeb. & in Acad. Viadr. Prof. O. Celeber. in Jure Ecclesiastico, Lib. I. p. 155. seqq. ex superioribus &c. haud obscure colligere est atque videre. Quid igitur tot tantisque documentis, ut alia, ne longius a scopo, quem ante oculos habeo, abripiar, silentio præteram, clarius esse potest? Evidem tanti ea esse roboris, ut vel invitum credere convincant, fieri salva & illæsa conscientia haud posse, ut Ecclesiæ pastor, neglecta privata auditorum omnium ac singulorum institutione, publico duntaxat Cultui Divino, & sermonibus publice ad populum ex ambone habitis inhæreat, aliter persuaderi non possum.

J. IX. Iacto igitur privatæ auditorum institutionis fundamento, ad domesticam, adeoque quasi a genere ad speciem descendimus. Ubi cum primis notandum: aliam esse visitationem sive inspectionem domesticam ab ipsis parentibus erga filios, vel Patrefamilias erga familiam suam, vi dictorum Gen. XIIIX. 19. Deut. VI, 7. Col. III, 16. conf. etiam B. Lutheri suffragium, in Præf. Cateches. Maj. p. 397. vel ab aliis quoque erga alios ex charitatem Christianæ vinculo Col. III, 16. 1. Thes. IV, 18. quanquam hæc posterior multis omnino limitibus circumscribenda & intra suos terminos coercenda, hodieque propter temporum injuriam a paucis exerceatur; *aliam* vero esse ab ipso Ecclesiæ Ministro erga auditores suæ curæ & inspectioni commissos, institutam. Posterior hæc vel est *occasionalis*, vel, ut ita loquar, *intentionalis*. Hæc denuo vel est *particularis* & *extraordinaria*, quæ extra ordinem ob certam & particularem causam, vel ab ipso auditore requisita, vel a Verbi Ministro instituta, utpote si Confessionario quidam est, quod confitenti suo indicandum, & contra qualern visitationem licitam esse, nemo facile negabit; vel *ordinaria omnibus communis*.

C 2

quæ



quæ & ab Ecclesia instituta , certis legibus adstricta , & definitis ac statis anni temporibus, per ordinarium Verbi Ministrum administra- tur. De qua heic loci principaliter sumus acturi.

Prob. I. ab
expresis
Scriptura
indiciis &
exemplis.

§. X. Hanc vero non licitam tantum & Verbo Dei conveni- entem, sed salutarem Ecclesiæ & fructuosam, adeoque eatenus ne- cessitate expedientia necessariam quoque esse, manifesta atque aperta convincunt S. Scriptura indicia, exempla, aliaque rationum momenta. Paulus certe se non tantum publice, sed & privatum domatimq; per singulas domos suas docuisse , & ad poenitentiam fidemque in Chri- stum multo conatu nisuque invitasse , ipsem profitetur, A&t. XX, 18. 19. 20. expreste dicendo : *Vos scitis, a prima die, aqua transcedi in Asiam, qualiter vobis omni tempore fuerint; videlicet servient Domino cum omni humilitate, multis lacrymis & temptationibus, que mibi ac- cederunt per insidias Iudeorum. Quomodo nihil subterfugerim eorum, qua proderant, ut non annunciarer vobis & dicerem vos publice & per Domos, &c.* Inde abimus & connexionem & scopum sermonis hujus Valedictorii ea, qua unquam fieri potest & brevitate & perspicuitate, ut prionior nobis aperiatur via , ad metam nostram nostrumque perveniendi scopum. Paulus, Christi primum Ecclesiæ hostis existens ingens atq; crudelis, factus deinde, per immensam Dei gratiam, modo pror- fusi extraordinario sibi collatam, ejusdem magna ex parte fundator & propugnator severus atq; fidelis, Hierosolymam contendens per Ma- cedoniam iter instituit. Itinere vero istuc impedito, in Troada usque regreditur ibidemque sermonem in medium noctem protendit, ac Eutychum, longius eo difserente, a somno dejectum & per senestram & tertia contignatione delapsum, ex laplu mortuum resuscitat. Inde Miletum, Cariaë Civitatem 12. miliaribus Epheso, ut ajunt, distantem, pergit , Presbyterosque Ephesinos , quos duodecim Viros illos, qui ipsius ~~Christi~~ Spiritu S. donati erant, adeoq; ad Ministerium idonei facti, A&t. XIX, 6. & præter hos quotquot Timotheus quum ibid. age- ret, in Ministerium cooptaverat, suisse cenlet Antiquitatum Ecclesiast. & Judaic. Callentissimus Jo. Lightfootus in Op. T. II. p. 98. evocatos paterne adhortatur, torusq; in id incumbit, ut ipsis ad oculum demon- stret providam & anxiā, quæ ipsum circa salutem omnium procu- randam tetigerat, curam, quam pariter suo in officio, a Spiritu S. sibi commisso, indesinenter, diesque noctesque, exerceant sibique com- mendatam habeant. Non enim, nisi illis tanquam Episcopis & Pa- stori.

VISITATIONE.

storibus gregis Dominici, ministerii formam relinquere voluisse, de se prædicasset. Apostolus, quod nihil subterfugerit (ex negligencia vel adulandi studio, vel etiam timiditate, id quod innuere videtur dicendo : *ας δέντε οὐτισθάνει τὸν τούτον πρεσβύτερον. οὐτούτου εἰδεῖς* vero dicuntur, quos metus contrahit, aut, qui tanquam vela colligunt in loquendo) utilium, quo minus annunciarer eosque doceret *δημοσίᾳ τῇ κατ' οἶνος*, publice & per domum, vel ut alia versio habet *circa domos*, de domo in domum. Pagnin, in singulis domibus. Vulg. per singulas domus; Tigurina: *domesticatum*, domatim, quo ipso præpositio-
nis τῇ κατὰ cum accusativo coniuncta, significatio omnium exquisi-
tissime exbauritur. Obtinere enim illam vim adverbii, cum infini-
tis ferme Grammaticis & Lexicographis eleganter ostendit famige-
ratisimus ille Philologus B. D. Glasius in Philol. S. Opere illo insigni.
Lib. III. p. 576, *κατὰ* significat per ait, de loco, Act. IX.v.42. XXI, 21.
cum distributione. Tit. I, 5, *κατὰ πόλιν* per Civitates singulas, seu
oppidatim, Act. XX, 10, *κατ' οἶνος* per domus singulas, *domesticatum*.
Audiamus quoque *Dietericum* Philologerum Celeber. nulli secun-
dum, qui in Lexico Philologico-Theologico Græco-Latino Vol. II.
sub lit. O.p. 54. præpositionem *κατὰ* distributive pariter & adverbia-
liter reddidit: *κατ' οὖν* ait, hinc und her in Häussern. Sic *κατὰ πόλιν*
in Epist. ad Titum (1.5.) ubi de constitutis in singulis urbibus
Presbyteris agitur. *Domatim* dices, si licet ita loqui. Quid
quod ipse Megalander *τῷ κατὰ* in versione sua nunquam satis laudata
atque laudanda cum distributione expresse sumpsit. Vid. Luc II, 41.
Non igitur aut templo tantum vicinas, quod nonnullis arrideret, aut
saltem occasione data, tempora si fuerint nubila, aut Presbyterorum
duntaxat, quam sibi opinionem, Viri de cætero piissimi & supra o-
mnem laudem nostram constituti, vendicarunt, sed & reliquorum
Ephesinæ Ecclesiæ membrorum domos visitasse, eorumque & incre-
menta & decrementa Religionis Christianæ explorasse Apostolum,
vel inde patet, quia 1. jin textu expresse docuisse dicitur, non tan-
tum publice, sed & domatim, sive *domesticatum*, von Haus zu Haus.
Quod si vero ad solas Presbyterorum aut domos Templo tantum
vicinas restinxeris, natura & latitudine literæ, ac ipsa nativa vocis
significatione refragante fiet; quia 2.) Objectum & reale & perso-
nale, quid & quos publice atque domatim docuerit, in subsequenti

DE DOMEST. AUDITORUM

comitate 21. manifeste insinuat Paulus, suarumque concionum & institutionum sumimam ad duo præcipua capita, videlicet ad pœnitentium ad DELIM, & fidem in Dominum nostrum J. C. concile revo-
cat. Vid. omnino B. Osiander in Bibl. ad h. l. Quis vero ab omni partium studio remotus facile concesserit, per Judæos & Gentiles solos intelligendos esse Seniores, vel si mavis Ecclesiæ Ephesinae Episco-
pos, quibus prima doctrinæ Christianæ capita instillaverit & ad pœnitentiam fidemque in Christum yeram, oratione solida ac gravi in-
vitaverit Apostolus? De quibus non tantum sufficiens & exacta re-
rum S. notitia, sed debita etiam auditores curæ lux commissos, ac cumprimis laicuns rudioremque populum ad Christianorum sortem
deum accedentem docendi præsumebatur cura, quoniam jam tum
Ephesina Ecclesiæ docendæ præerant atque regenda; immo si haud
contemnendæ Lightfooti sententia inhaerendum erit, nulla proflus
Pauli institutione opus habebant, ab ipso quippe Spiritu S. quo per
Zugodeteriæ Apostoli erant exornati, gratiole sufficienterque edocti;
neque 3) manus suas tam intrepide lavare, & adeo cordate de le præ-
dicare potuisse Apostolus, quod mundus sit ab omnium sanguine, i. e.
quod nihil culpa in ipso refideat, si qui in Ephesina Ecclesia æterno
involvantur exitio, quia nihil quicquam in officio suo prætermiserit,
quod ad procurandam eorum salutem facere poterat. Vid. B. Osiander
l.c. Verum enim vero multa sane omisisset, suoque officio nequa-
quam satisfecisset, si de solis Ecclesiæ Ministris hic sermo ipsi fuisset,
quum non tam Presbyterorum quam Gentium Doctor & ut Atha-
nasius audit. ὁ τῆς Οἰκουμένης Παύλευτης erat. Dices: id ipsum extra
omnem rei controversiani possum esse, Apostolum non tantum
Presbyteros, sed & alia Ephesina Ecclesiæ membra in Via Domini in-
struxisse summeque necessaria doctrinæ Christianæ capitâ atque
momenta sedulo iis inculcasse; id saltē in quæstione moveri, u-
trum all. locus de aliis quoque Apostoli auditoribus, num vero de solo
Presbyterio intelligendus sit, quod eisdem verosimilius esse videa-
tur? Resp. si hoc posterius esse in confessio, omnino conseque-
retur, Paulum non auditores sed solos docuisse Presbyteros. Nam
si unicuique illorum per votum triennium, diesque noctesque, &
publice & privatum vel potius domesticatim effusis lacrimis multoq;
adeo labore omne DEI Consilium manifestavit, quantum quæla
temporis docendi alias oviculas vagas & palantes in ovile reducen-

dū,

VISITATIONE.

23

ū, fractas & luxatas consolandi, & grotis medendi, debiles & infirmas sublevandi &c. supererat? Parum certe aut plane nihil. Hinc nondum apparet, quomodo Apostolus Ephes. Ecclesiae Seniores per tantum temporis intervallum citra ullam intermissionem in munere ipsis delato erudire, nec tamen eternam, rudioris populi & que fidei sua commissi, salutem negligere poterat. Quod si dixeris, hoc esse extra scopum totius sermonis divagari, ac genuinum illius sensum modo plane militari contorquere, cum, valedictorium hunc Pauli sermonem ad solos Presbyteros fuisse directum, ita ut omnes alios simpliciter excludat, ex ipsa litera edoceamus: item posito nondum tamen concessio, hanc visitationem κατ' οὐρανούς institutam ad reliquos etiam Pauli auditores spectare, id tamen singulare & particulare esse exemplum Ecclesiae demum plantandæ, ex necessitate & metu tyrannorum, in publicam & ordinariam doctrinæ Christianæ prædicationem horrendo modo sacerdotium, ab Apostolo perpetratum, adeoque in communem regulam temporumque sequelam trahendum non esse: tunc respond. (1.) nos in fronte statim hujusq. sapientibus sat ad oculum demonstrasse, scopum sermonis Paulini alium esse nullum, quam ut Ephes. Ecclesiae Senioribus officii sui formam, a summa devotissima erga Ephesinos cura desumptam, relinquit. (2.) Cœcus sit, necesse est, qui non videat rationem manifestissimam ex ipsa litera deductam, qua evincitur, non posse solos Presbyteros, sed vel maxime reliquos Ephesinæ Ecclesiae auditores speclare curam ab Apostolo Senioribus suis ad imitationem propositam, quod nim. docuerit & publice & κατ' οὐρανούς, domatim, per singulas domos, durch die Banch / von Hauf zu Hauf. Solas vero Presbyterorum domos visitare, non est visitare omnes singulæsve, aut docere domesticatim. Quod vero attinet (3.) Colloquium non cum auditoribus sed Senioribus institutum, dicendum, id nihil impedire, quo minus per illud & in illo Ephesinæ Ecclesiae auditorium intelligi queat. Sistebant enim illi repræsentativam quasi Ecclesiam, per quam Paulus reliquos suos omnes alloquebatur auditores, quemadmodum mos ille non solum recentissimis nostris, sed & antiquissimis V. T. temporibus fuit usitatis simus. Quæq; præterea ex verbo 25. magnam capient lucem. Notari merentur, quæ Cornel. a Lapide de loco nostro Paulino sentit in Comm. ad h. l. p. 304. inquit: Ego, direkte alloquens Paulus maiores natus, tamen in illis allegabuntur ceteros fidèles, quæ

fingulos

DE DOMEST. AUDITORUM

24
singulos habebat in ore & corde. (4.) singulare hoc esse exemplum, quod dicitur, tanti ioboris non est, quod ideo confractas vietasque manus præbere debeamus, cum unicum exemplum singulare, generali regilam possit stabilire, sc. si virtualiter, quod ajunt, insit universalis, si communis quædam ratio in illo animadvertisatur. (5.) negamus, Apostolum ex metu saltet & impiorum hominum tyranni de coactum, domesticum hocce munus docendi obiisse; contrarium namque supra ex vi vocis ὑποστέλλεσθαι satis superque fuit evictum, idemq; magnum accipit robur ex eodem prorsus exemplo, Act. V, 42. Ubi Apostoli dicuntur, quamquam propter prædicationem Evangelii flagris fuerint cæsi, nihilo secutus tamen strenue animoq; infraacto non tantum publice in Templo, sed & privatim κατ' οἶκον evangelizando docendoque continuasse. E. nec Paulum tyranorum persecutiones, præsertim cum jam tum maxima Ephesinorum pars, per inessabilem Dei misericordiam, vitam elegerit optimam, i. e. Christianam, attendisse haud improbabile est. Denique (6.) quæ de discimine inter Ecclesiam plantandam & plantatam supra §. 7. diximus, huc quoque optimo jure referri possunt. Summam enim privatae (consequenter etiam domesticæ) institutionis necessitatem, tanquam ad interna & officio Ministri essentialia, quæ perpetua suæ & immutabilia, respectus vero Ecclesiæ plantandæ & plantatæ temporalis, pertinentem, quæ, quomodounque fiat prudentia Ministri relinquatur, supra fusiū atque uberioris intimavimus. Quibus ipsis probe observatis, omnes alia aliorum excursiones quasi habent coliberi, carnisque curam quodammodo redolentes distinctiones ad auctorem suum facili negotio remitti poterunt.

Prob. II. ab
Ecc' ellis
Domest.

J. XI. Neque desunt alia haud exigua rationum momenta, quibus assertum hocce nostrum vere Christianum non tantum in tuto collocari, sed & communiri ac corroborari facile potest. Sic argumento ab Ecclesiis Domesticis deducto ad illud facilicolligere negotio possumus. Dividitur a. militaris in terra Ecclesia in Universalem seu Catholicam, & quidem vel absolute vel secundum quid tales; & in particularē, quæ consideratur vel ratione temporis, prout alia est V. alia N. T. Ecclesia, vel ratione loci, prout alia colligitur DEO in certo quodam Regno & ditione certa, quæ uno verbo Dioecesana dicitur, alia in certa urbe & pago, quæ oppidana vel ruralis audit, alia denique in sola domo a certa familia, quæ dicitur Domestica, in qua Spir.

VISITATIONE.

25

Spiritus S. in Compendium quasi contraxit ea, quæ alias in Coetu fidelium conspicuntur. DEUS enim & hic in medio parentum est cum liberis & tota familia in nomine suo congregatorum, audit & exaudit preces ipsorum, eorumque laboribus Cœlicus benedicit. Nobis, ne a scopo longius aberremus falce inque in alienam messem mittamus, posterior hæcce, quippe in ipsis S. Literis fundata, paulo curatius penitusve consideranda, & quænam vel exinde in Ecclesiæ Ministrum, illi in specie quoque invigilandi, redundet obligatio, faciendum est periculum. Manifesta a. illius passim reperiuntur indicia. Sic Paulus absoluta de præcipuis Religionis Christianæ Capitibus doctrina, multis, ut moris est, salutationibus suam ad Romanos Epistolam terminaturus, expresse scribit: *Salutare τὴν κατ' ὄικον αὐτῶν Εκκλησίαν, Ecclesiam, que in domo illorum est, vel Domestican eorum;* sc. Aquilæ & Priscæ, qui Conjuges pientissimi & in propagando Christi regno veroque pietatis studio nulla ratione erant desatigandi, *Ecclesiam Rom. XVI, 5. conf. i. Cor. XVI, 19. item Col. IV, 15. salutate Νυμφαμ (qui fidelis & pius quidam frater fuit) καὶ τὴν κατ' ὄικον αὐτῆς Εκκλησίαν, & Ecclesiam, que in domo illis est.*

Ad Philem. v. 2. Paulus Philemoni &c. καὶ τῇ κατ' ὄικον σὺ Εκκλησία, & Ecclesia, que domi tua est. Salva interim rei veritate diffiteri non possumus, Interpretum numero haud paucos per Ecclesias hasce Domesticas intelligere cœtum fidelium, qui ad Sacra officia peragenda in privatis nonnullorum ædificiis convenire consueverat; tunc tamen & verosimilior videatur illorum esse opinio, qui solas domesticas pieque institutas intelligi familias adserere malunt. Qna de re, misis aliis bene multis B. D. Balduinum, Theologum de Ecclesia Christi bene meritum, in Anal. ad c. XVI. Ep. ad Rom. p. m. 265, perbelle dicentem allegare juvabit:

Singulare beneficium norat, quod ab illis duobus sibi fuerit praestitum. Quale a. fuerit — & hoc coram Romanis publicis hisce litteris testatum facere, ac propterea & ipsos & familiam ipsorum, quam Ecclesiam domesticam appellat, permanenter salutat. & p. 267. Aphorism. Theol. III. sequentia offert: Idcirco Paulus noster salutem non adscribit Aristobulo & Narciso, sed iis, qui erant de domo eorum in DOMINO, b. e. familiaribus ipsorum ad Christum conversis. Quæ p. 556. tanquam aperta & indubitate conspicuntur repetita. Innumeræ prope Theologorum quoque exterorum testimonia, huc facientia, brevitatis studio, si jure merito alto præterimus silentio. Unicum Esti e S. J. testimonium hec loci

D addu-

adduxisse sufficiat, qui in Com. ad Col. IV, 15. egregie ait: *Familia Christiana vocatur ab Apostolo Ecclesia; propterea quod sit fidelium multitudo, non qualisunque, sed sic ordinata, ut in ea alius praest, aliis subiecti sint; idque etiam aliquo modo in his, que ad religionem & salutem animarum spectant.* Hinc inde satis superque patet, domesticam quoque familiam vera Ecclesia nomenclatura insigniri. Nomen vero Ecclesiae, et si de omni coetu vel convocatione apud Graecos enunciari soleat, tamen quia res Divinæ & Sacrae sua Majestate, veritate, dignitate, omnibus denique modis humanas & protanas superant, eo factum est, ut communiter Ecclesiae nomen *κέκριτης* congregatio illa designetur ex Scripturæ usu, quam DEUS evocatione salutari evocat, vid. Dieterici Antiq. Bibl. p. 14. b. Ne vero talis privata vel domestica potius Ecclesia in corruptam abeat perversamque, verum omnia in justum atque decentem ordinem partim redigantur, partim in illa conserventur, Ordinario Ecclesiae Ministro omnino propiciendum est. Quamquam enim quilibet Paterfamilias in Ecclesia sua domestica, seu supra §. 9. demonstratum dedimus, immo in horum defectu mater quoque vel hera, juxta Eph. VI, 1. aut etiam juventutis Praeceptor qualecunque docendi officium sustinere, Ecclesiaque domest. antistitem agere, Catecheticum & alia pietatis exercitia cum suis instituere posse ac debet, officii tamen ratio requirit ut Ordinarius Ecclesiae Minister, quippe qui præ illis in salutari profecit, aut ad minimum profecisse præsumitur, doctrina, etiam his, tanquam universa Ecclesia suæ partibus, suam impendat vigiliam suumque illis superaddat officium. Quanta enim inter ipsos heros ac heras sæpe conspicuntur ad omnem bonum somnolentia, crassa ingeniiorum ruditas & ignorantia stupenda, ipsa fere gentili major atque superior, qui ne ipsimet quidem, etiamnum exiguum fidei suæ rationem reddere, nedum domesticos suos ad beatiora in dies veræ & non sicutare pietatis incrementa provehere possunt, quotidiana eheu! exclamat experientia. Crescit interea periculosa carnis securitas, & peccandi licentia omnino detestanda, gravissima auribusve castis non proponenda, intra privatos parietes perpetrantur peccata, exoruntur lites filiorum cum parentibus, nisi intercedat vel Magistratus Pol. vel etiam Ecclesiae Ministri medela, ferme incurabiles, & quæ id genus sexcenta sunt alia. Quid ergo faciendum? Ergone in his omnibus subtileendum & in tot tantis Domesticorum sceleribus verbi Ministro connivendum? Absit! Sed ut exemplo Apostoli

omni-



VISITATIONE.

27

omnibus omnia fiat, i. Cor. IX, 22. singulorumq; salutis curām fideli-
ter in se suscipere, &c, quantum potest perficere velle, ipso opere de-
monstret, ipsas suorum auditorum domos, exemplo A postolorum, cum
ob präsentiam totius familiæ, parentum, filiorum ac totius denique
famulitii commodior ac utilior nulla se exhibeat occasio, ex consensu
Magistratus Pol. si non semper expresso, saltē tacito, tineat, & pro-
ratione ac conditione status ordine ac prudenter procedat; qua de-
re pluribus infra. Quemadmodum enim nulla vix Ecclesia sine vi-
sitatione; ita nec domestica, ob prægnantissimas modo insinuatas
rationes, sine illa consistere potest, nisi, ut illæ penitus intereant,
permittere velimus.

§. XII. Idque porro ex necessaria comprobamus consequentia. Prob. III. ex
Qui enim privatam visitationem præcipit, is consequenter præcipit ^{iusta consequentia.}
omnem eum privatæ visitationis modum, per quem visitationis finis
omnium optime potest obtineri. At potest per domesticam. Id
quod vel ex sola qualiquali responsione, ad frigidam, quæ formatur,
exceptionem, nullam esse sequelam, privatim admonendus est, ergo
domi vel domestica visitatione, quum Ecclesiæ Minister peccantem ad
se accersere, per epistolam vel per alium monere possit, uberioris con-
stabit. Nam qui aliquid generalibus verbis præcipit, is ejus pru-
denter relinquit, nisi specificè exprimat, quomodo id effici velit, qua
ratione omnium optima & commodissima id expedire velit vel possit.
Ita Christus præcipit discipulis, ut eant in universum mundum & præ-
dicent Evangelium omni creaturæ. E. in libertate discipulorum reli-
etum fuit, utrum profici si vellent pedibus, an rheda, an equo? an ter-
ra, an fluviis, an mari? An prædicare voce, an epistola? an per se, an
per alios? Ita quia cura pastori non tantum publica sed & privata
(quod supra fusius probatum ivimus) omnium singulorumque o-
vium commissa est, ne vel una pereat, relictum ejus arbitrio est, utrum
eadem necessitate exigente vel accersere in Ecclesiam, vel in pro-
priam domum, vel in eorum ædes sese conferre & examen instituere
velit, solum id fiat, omni eo modo, qui ad privatæ visitationis finem
assequendum optimus est & convenientissimus. Cum vero propter
totius familiæ präsentiam, ædes omnium commodissimus sint locus,
nec raro accidere soleat, ut alii, vel nimia & effœta senecta, alii mor-
bis diuturnioribus, seu loquitur D. Hartm. l. c. alii aliis corporis defe-
cib; impediti, Coetus Ecclesiæ publicos nunquam frequentare,
neque etiam vel cathedralm confessionalem, vel catecheticas infor-

D 2

matio-



mationes, vel ædes parochiales, vel locum tertium alium adire, aut pietatis exercitio interesse possint, attamen Verbi Div. doctrina, institutionibus & consolationibus omnium maxime opus habeant, modus domatim sive per domos suos visitandi & ædificandi auditores, accedente Summi Magistratus judicio, & Divino præcepto, & ad debitum finem omnium optime obtinendum, quam maxime erit conveniens, salutaris, utilis atque honestus. Neque excipi potest, privatas ædes abusibus variis esse obnoxias, posse Pastorem in iis femina hæresium spargere, posse epulari &c. Nam a posse ad esse N. V. C. Nec res bona rejicienda est eo, quod potest degenerare in malam. Uxor honesta in adulteram, vinum in acetum mutari potest, nec tantum ideo uxor improbanda vel vinum prohibendum. Idque secundo Ecclesia Pastor etiam poterit facere in domo propria. Præterea si his in locis Pastor ipse non raro in cuiuslibet ædes privatas se se confert, ut frumentum missaticum, sarcinaque colligat, quod quamquam & ipsum abusui sit obnoxium, tamen nemo hoc reprehendit, & si abulus interveniat, eidem Magistratus auctoritate sua medetur, ita idem potest heri in Visitationibus domesticis.

Prob. IV.^a
summo fru-
ctu in Eccle-
siam redun-
dante,

S. XIII. Has insuper harumque necessitatem elegantissima insinuare ratione argumentum, ex summo hinc fructu in Ecclesiam redundantem nostram, nulli dubitamus. Cum enim nullum, immone minimum quidem, quo Ecclesia Christi juste dilatari pietasque non fucata prævehi poterit & adaugeri, medium susq; deque habendum aut prorsus omittendum, sed potius summa cura ardentiq; studio amplexandum & in usum deducendum sit, quid ergo de hoc ipso, suos hoc in negocio, per domus visitandi auditores, dicimus instituto? Medium certe est imbibendæ accuratæ de Deo rebusque Divinis notitiae promovendæ; vita sanctimoniaz longe utilissimum. Etenim Visitatio ejusmodi frequens, recte licetq; instituta, medium est præcavendi, explorandi, corrigendi, tollendi ac eradicandi vitia, scandala, defectus & morbos fortissimum pariter atque saluberrimum. Eo namque recte adhibito sibi ipsiusve repetito, auditores ad reverentiam, ubivis fere locorum tam erga Deum quam erga Ipsijs Ministros proh dolor! valde concisam, honorem ac obedientiam majorem impelli, & ut intraterminos modestizq; cancellos se contineant, incitari ac permoveri, profectus & mores ipsorum nonnunquam valde dissoluti penitus explorari & emendari, hæreses quasi occultæ, illegitima nonnullorum hodieque maxime secunda conventicula, turpia facta,

turpi-

turpiloquia, lites contentionesve inanes, quæ alias impune grassantur, & ab Ecclesiæ Ministris haut absq; periculo ignorantur, elegan-
tissima ratione compesci, errantes, aut mysteriorum ad salutem ipsis
profuturoruin ignari informari, segnes atq; desides suo exemplo ex-
fuscati, ad sanctioris vita institutum, luggerendo salutaria monita,
ostendendo, commendando libellos, ei rei utiles, præsenti inflam-
matione deduci, Legumq; Divinarum & humanarum contemptores
obstervari, corrigi, in viam reduci, aut sicuti pertinaces alisq; offen-
diculo fuerint, vel ad Magistratum deferri, vel senturis Ecclesiæ-
sticis coerceri, ceu sentit *Dn. Praes meus*, in apparat, Theol. ad
suppl. Marbach. Opere illo insigni & rerum verborumque gravi-
tate ubique referto c. IIX. p. 291. ob familiariorem ac intimiorem to-
tius familiae præsentium felicissimo cum successu possunt. Ut adeo Prob. V.
quantum ex illius negligetu pariter atque contemptu Ecclesia Christi damno in
patiatur detrimentum, & in ipsum Ecclesiæ Ministruum redundet peri- Ecclesiæ mi-
culum, facile appareat. Annon Ecclesiæ Pastor reus sit mortis xter- nistruum &
nz, omniumque earum animarum, quæ ipsius negligentia culpa
pereunt, & per privatas admonitiones domi factas ad saniorem men-
tem reduci potuissent? Dann sagstu es ihm nicht / inquit JEHOVA,
so will ich sein Blut von deiner Hand fordern. At non semper conve-
nit, ut publice redarguantur peccator, si nempe peccatum non sit pu-
blicum, aut aliæ rationes obstent, quo minus publice pro concione
redargui posit. E. privatim, cumque privatæ admonitionis modus
non sit utilior, quam qui domi peragitur, quemadmodum supra
commonstratum fuit, domesticatum quoque compellandus, es muß
ihm gesagt werden. Vid. B. Brunnem. c. l. p. 158. seqq.

S. XIV. Ne vero institutum noviter excogitatum orbi quasi Prob. VI. ab
obtrudere, remque nullis inquam temporibus usitatam commendare Exemplis
velle videamus, exempla non equidem longe conquista adseremus, approbatæ
quæ inter Argentoratenſe hac ipſa in Disputatione impense merito-
que laudavimus; quod repræsentatur in Apparatu *Dn. Praesidis mei*,
ſepius allegato, tuisiusque describitur in iſpis Epistolis Epift. CXV.
Part. IV. pag. 415. L a Jo. Pappo, Argentoratenſium Theologo
longe Celeberr. ex qua luculententer apparet, quanta cura cum tem-
poris hoc egerint Doctores & Ministri, ut utilissimum hoc institu-
tum in effectum duderent. Potius hujus tantum iſpius, in qua au-
ram trahimus, provinciæ, hujusque iſpius, quæ liberale ſtudiis no-
stris hospitium præbet, urbis exempla adducemus. Nunquam in ani-

DE DOMEST. AUDITORUM

30

animis horum locorum intermorietur, dum hujus universi machina stabit, memoria immortalis Principis, GUSTAVI ADOLFI MECLENBURGICI, qui, quæcunque ad promovendam subditorum suorum pietatem facere quacunque ratione poterant, gravi semper consilio & studio severissimo executus est. Cum de salutaribus institutis, quibus Ecclesiæ suas ERNESTUS DUX SAXO-GOTHANUS, p̄i ñdeo cognomen ab universo orbe promeritus, exornaverat, publica fama loqueretur, Ecclesiæ inde Ministrum, Michaelem Brandenburgium, magni illius *Salomonis Glassii Generum, Boizenburgum,* hujus provinciæ ad Albim haud ingnobile oppidum, vocavit, Districtus illius Praepositum & Ecclesiæ Pastorem futurum, qui & scholas, nullo soluto pretio frequentandas, in omnibus singulisque tractus illius pagis, excitandas, & modum, quem vccant, catechisandi, cui se omnes singulique Ecclesiæ auditores, cujuscunque conditionis & ætatis, qualibet die Dominica subjicerent, in Ecclesiæ suas introduceret. Id & factum est uberrimo cum Ecclesiæ illarum fructu. Nec in his institutis PRINCEPS acquievit, sed cum per scholas & catechisatio- nem rerum tantum sacrarum & ad salutem pertinentium acceurior notitia acquireretur, ad particulariorem etiam disciplinæ Ecclesiastice, qua improbi mores corrigerentur, piæque vita exercitium magis stabiliretur, observationem processit. In instituto equidem plane inßtimabili. Quam in rem quamquam plurima ab Ipsi mandata & ordinationes emanaverint, mihi tamen sufficerit, ex uno tahtum atteroque id, quod ad scopum nostrum pertinet, bona cum venia *Venerandi Dn. Presbiteri mei*, a quo mihi ista benevole communicata sunt, alculisse. Ita autem DUX religiosissimus ad *Danieliem Janum*, tum quidem Ecclesiærum in hoc ipso Districtu Superintendentem, epistola XXIV. Martii Anno MDCLX. exarata: Demnach Wir Uns nichts höhers angelegen seyn lassen/als daß im Geistlichen Stand gute Ordnungen erhalten/hi- gegen Co-fusiones und böse Gebräuche abgeschaffet werden/ so haben Wir auch eine hohe Nothwendigkeit zu seyn befunden/ dahin mit gan- hem Fleiß zu sehen/dß die Kirchen-Disciplin in genauer Observanz ge- halten werde. Weil aber darinn bisfdahero ein grosser Mangel verspü- ret worden/ als will höchst vornöthe seyn/dabey allen Fleiß instünftige anzuwenden. Zu dero Behuff Wir dann hiemit verordnen/ daß wann die Obrigkeit durch gewisse Delationes, oder ein heimlich oder ein öffent- lich Gerücht eine Sünde erfahren/ man fleißig unter welche Pfarr der Ubelthäfer gehöre/nachfrage/ und wann solches fund/ sol der Prediger desselben Orths befraget werden/ ob die in seinem Kirchspiel begangene Mis-
se,

VISITATIONE.

31

Misstethat bewußt oder nicht seye? Hat Er darum keine Wissenschaft/
soll ferner Examen angestellt werden/vb das Delictum also beschaffen/
dass Er nach fleißiger Verrichtung seines Ampts es habe wissen können/
in solchem Fall soll Er wegen seiner Nachlässigkeit ob latam culpam ge-
straffet werden/dass Er in seinem Ampt nicht fleißiger gewesen. Damit
aber denen Priestern Ihrer eingepfarrten Fehler destoweniger verbor-
gen seyen / sollen sie sich nicht contentiren / wann sie Ihre ordentliche
Predigen thun/ihre Beicht anhören/sie darauß absolviren/u. die Heil.
Sacramenta administriren/wann sie ihre Pfarr-Kinder wissen u. ken-
nen/wie viel sie derer haben/sondern sie sollen auß aller u. jeder insonder-
heit Leben u. Wandel genaue Aussicht haben/fleißig nachforschenu. ach-
tung geben/vb sie fleißig zum Gehör Götlichen Worts sich einfinden/
bey der Beicht herzliche innerliche Reue u. Leid über ihre Sünde bezeu-
gen/uit gebührender Andacht und Ehrerbietung die H. Sacramenta
empfangen / ihr Leben darnach rechtschaffen bessern/ wie sich im Hauf
Mann und Frau Eltern und Kinder/Herr und Knecht mit einander be-
gehen/ wie jeder sich gegen seinen Neben-Christen anstelle/u. was jeder
treuer Seelsorger zu dessen Erfundigung wird nöthig befinde/fleißig u.
treulich verrichten. Sequitur, quomodo cum refractariis & in peccatis
contumaciter perseverantibus sit procedendum. Accidit postea, ut
cum de sagis & veneficis publica lumerentur supplicia, eaque occa-
sione variarum & anilium superstitionum copia in lucem protrahiere-
tur, soeditate & impietate rei motus PRINCEPS, speciale illam Mi-
nistrorum Ecclesiarum curamad domesticas visitationes, in quibus huic
principi malo remedium quereretur, restringeret, mandato eam in
re. n ad D. Michaelm Siricium die xvi. Decembris anno MDCLXXXIII. emis-
so, in quo enarrata superstitionum occasione eidem injungit: Das
Ihr bey denen Euch untergebenen Predigern die Verordnung machet/
dass sie und ein jeder für sich in denen zu seiner Pfarr gehörigen Dorf-
fern herumb reisen/Dorf bey Dorffu. Hauf bey Hauf nach der Un-
terthanen u. Einwohner Leben und Wandel/auch ob selbige in einem u.
anderem einigen Überglauben gebrauchenu. spüren lassen / sich behut-
sam u. genau erkündigen sollen. Qua de re Pastores singuli, Visitatione
defuncti, ad Superintendenterem quotannis referebant, divisa in duas
partes recensione; 1. Was der Zuhörer Lebens- Wandel u. Christen-
thum belanget. 2. Was den Überglauben betrifft. Quod non pote-
rat non esse utilissimum & saluberrimum. Transeo ad exemplum
hujus civitatis nostræ, in qua notum universis est, ex veteri instituto
quemlibet ædium sacram Diaconum, eumque postremo plerumq;
in



DE DOMEST. AUDITORUM

in ministerium assumptum, quolibet anni cuiuslibet initio teneri ^{et} ~~et~~
 dixit, seu quoād singulas suā Ecclesīā domos instituere visitationem,
 in qua convocatis omnibus domesticis, liberos servosq; & ancillas,
 quid in Christianismi exercitio superiori anno profecerint, examinat,
 diligentes dilaudat, desides reprehendit & exhortatur, patres ma-
 tresque familiās in iis omnibus explorat, quā ad Christianā pietatis
 studium pertinent, & quorum specialia capita infra signaturi sumus.
 Si quid dissensionum rixarumque inter Conjuges, si quid vitāe scan-
 dalosāe inter domesticos, si quā suspicio, fama disseminata, aut
 aliunde cognita, ad Ecclesīā ministrum dimanaverit, id ea cum pru-
 dentia & circumspectione, ne vel reverentia liberorum servorum.
 que erga parentes & heros, in discrimen adducatur, vel sinistris &
 probrosis rumoribus ansa detur, & cognoscitur & dijudicatur. Si
 quā videntur ad Collegas referenda, cum ejusmodi sunt, ut subticeri
 nequeant, nec ab uno componi, conjunctis consiliis operaque expe-
 diuntur. Ita quā notitia a singulis ob negotiorū inolem & multi-
 tudinem acquiri nequit, ab uno comparata ad reliquos, ubi opus est,
 diffunditur, omnesque adeo in negotiis sacris, si non quo id optant
 atque desiderant, saltē quo possunt, progrediuntur. Hęc igitur
 duo, eaque domestica exempla, ad facilitatem & utilitatem illius insi-
 tuti, de quo disputamus, demonstrandam abundantissime nobis suffi-
 cient.

§. XV. Provocamus postremo ad testimonia approbationesq;
 Prob. VII. a
 testimonij
 doctorum.
 Celeberrimorum, cum Veteris tum recentioris Ecclesīā Doctōrum,
 qui omnes, quodam quasi consensu, præsentioribus omnino studiis,
 quam qualia in vulgaribus ad populum sermonibus cernantur,
 severiorique disciplina, quantum fieri potest, populum fidei suā com-
 missum, non in suggestu tantum, sed etiam domestica visitatione
 docere, & impune graffantibus vitiis remoram injicere debere Ver-
 bi Ministru, non abs re judicarunt. Sic præclara D. Chrysostomus
 hoc de negocio occurrit sententia, qui L. 3. de Dignit. Sacerd. ait:
 Si non per singulos dies, magis, quam Scriba aliquis, domos omnium E-
 piscopus frequentaverit, offensiones protinus nascetur innumere. Neque
 enim it solum qui egrotant, sed & qui sani sunt, invisi se volunt. Id si
 requisiverunt tum ipsi auditores, quanto magis Episcopi hoc fue-
 rit officium? Quid vero de hoc instituto senserit Johannes Pappus,
 Vir magnus, ob egregia in Ecclesiam Argentinentem merita, a Jo.
 Conr.

VISITATIONE.

33

Cont. Dannhauero, Part. II. Spec. Theol. Symb. Dial. 3. c. l. denominatus, ex superioribus patet, & ex infra dicendis uberiorius constabit. In eandem quoque rem inclinantem deprehendi *Simonem Sulcerum*, Theologum Basileensem famigeratissimum, Virum optimum & in doctrina sincerissimum. Nam, cum de novo illo, supra laudato, in Ecclesia Argent. ordine, Theologorum Basileensium consilium peteretur, reclipserit Sulcerus in cit. Epistolis Ep. XCIV. Part. IV. p. 415. eum ipsis usque quaque placere. Conf. quoque Ep. ejusd. partis XCVI. in qua eum ipsum singulari cum εὐφάτει collaudat. Eadem porro negocio suo applaudit suffragio, deque eodem elegantissimum tulerit judicium *Jacobus Andrea*, Incomparabilis Ecclesiaz Doctor, c. l. Ep. XCVII. p. 418. Ex instituto quoque pio zelo inductus, hac de re egit *Paulus Tarnovius*, Rostochiensium quondam Theologus Celeber., in all. Orat. Dedekenni Consil. Theol. inferta, Vol. I. Part. III. p. 653. Putat ibid. p. 656. probabile esse, quod ex Visitationibus his trimestribus ortus sit der vier Zeiten Psenning/adhuc hodie usitatus. Quæ iisdem fere verbis repetita conspicuntur in laudatiss. Tr. de SS. Minist. L. II. c. 3. p. 446. f. & p. 801. Nec remissiore rigore de salutari hoc instituto differit D. *Mengerius*, supra memoratus, quin potius magno verborum pondere, animique severitate omnino laudanda, exoptandum esse, ut ubique in omnes Ecclesiaz nostræ partes involvatur, & ubi jam fuerit introductum, sartum testumque conservetur, adserat in Scrutin. Consc. Catechet. c. XIX. q. 14. Quamvis non multo post de hoe suo rigore notanter remiserit, omniaque argumenta, quibus antea l. c. suum stabilire astertum ac communire magno cum fervore conatus est, in dubium revocare, omnemque probandi vim illis adimere, veritus non sit. Cujus in vestigio insisteret D. *Hartmannum* ex jamjam insin. Pastoral. L. III. c. LXIX. notissimum est. De quorum inconstantia mox uberiorius dicetur. Cedro vero digna sunt verba *Dn. Praefidis mei*, quæ continentur in citatis Apparat. Epist. Marb. c. II. p. 289. Quibus magno conatu nisuq; flagrantissimo serioque animi affectu veram & non simulatam pietatem promotam, adeoque ad hunc finem eo felicius obtainendum, nostrum quoque institutum in Ecclesiaz pomoeria introductum cupid. Idque p. 291. f. singulari cum εὐφάτει repetit & gravissimis rationum momentis uberiorius deducit. Connotari quoq; meretur *Henr. Guilielm. Scharff*, SS. Th. Lic. & Superint. de Ecclesia quondam Lun. bene sollicitus, qui in egregio li-

E

belli.

DE DOMEST. AUDITORUM

bello, cui titulus: *Die Einische Rechnung verstellend die Pflichten des Pr̄ digers und seiner Zuhörer p. 359. leqq. nostrum institutum tanquam Verbo DEI omnino conforme, non tantum impense laudat, sed & pr̄terea ex quotidiana praxi & proprio suo exemplo, nac' önsig visitando, formam modumque indicando, animarum Curatoribus etiam atque etiam commendat.* Sripsi quoque Dissert. Epistolicam Spiritu & prudentia plenam, *Math. Dreymannus, Comit. Ravensb. Superint. ad omnes Verbi Div. in Ravensb. Comit. Ministros. in qua, ubi de statu Ecclesiae hodierno, & habitu Ministerii DEO sacri dixerat fusius atque prolixius, suum quoque de praesenti instituto subjecebat judicium, quod hoc allegasse haud peccnitibet.* *Pr̄primis maxima, inquit l. c. p. 41. cautione opus fuerit in privatis visitationibus hominum cure nostra commissorum.* Evidem crediderim omnino nullum aptius & efficacius exquiri posse, edificatione plebi & restaurande vita Christiana remedium, quam visitationis domesticas. Laudat pr̄terea hoc institutum impense D. Spenerus, in den Theol. Bedenken Part. Iart. III. Sect. XV. p. 579. & art IV. Sc. & XI. p. 78. Eoque ut ait Calvinus-Reformatos Francfurti: se tamen metuere, ne in aetum possit deduci, obrationes in colophone Dissertationis nostrae producendas diluendasve. Idem habet ibid. p. 75. & quatuor Objectiones, quæ contra has visitationes vulgo proferuntur, vere reclusioneque refellit. Conf. etiam Part. IV. p. 305. f. ubi de privata auditorum visitatione specialique Ministrorum cum suis auditoribus Conversatione dicit eleganter asseritque; Es wäre gut/wann einer seine Beichtkinder/ so viel er Zeit hat/bisweilen besichtete und ihnen mit That und Zuspruch an die Hand gieng; Conqueritur, daß ihm die Gabe nicht gegeben sei; die privat Erbauung in der Application ad individua zu suchen. Darüber er sich mehrmahl betrübe. Verum exigua hac est visitationis Domest. species ein Beichtkind zu weilen besuchen und allerhand Politische Gespräch mit ihm zu haben. Qualis visitatio voluptatis potius, quam edificationis gratia instituitur. Utrum vero in hac, quantumlibet occasionali tantum visitatione, cum de rebus potius quotidianis, quam Sacris & de Christianismi scrutinio colloquium instituitur, sufficiat sese excusare, donum hoc sibi datum non esse, annon potius Politicismum sapiat, alius dijudicandum relinquimus. Nec vero defunt luculenta JCTorum, pietatis laude Celebrium, testimonia, ex quorum qualquali recensu, hujus instituti utilitas atque necessitas, cuiilibet ab omni partium studio remoto, deque Ecclesiae salute bene sollicito ad oculum patebit.

VISITATIONE.

35

Jo. Brunnenmannus in citatis. *Jure Ecclesiast.* Lib. I. c. VI. p. 155. sqq. materiam hanc longe præclarissime pertractat. *Hæc tenus de publico, ait l.c. munere docendi in Ecclesia. Sed est aliud docenda munus domesticum.* Nam vigiles Ecclesie non tantum in templis debent docere, sed & in ædibus privatorum, & Ecclesiæ domesticas visitare, & iurationem fidei rogari, & domesticos informare, quomodo erga Deniz & erga se invicem se gerere debeant. Id quod deinde variis argumentis, efficacissimis verbis propositis comprobatur. Quibus omnibus calculum suum adject & Theologorum quam nostrarum quam aliarum partium suffragiis gravissimisque rationibus huic inde productis & a nobis passim in medium prolatis, magnum robur addidit D. Sam. Szykius, JCrus Celeberr. in Notis, quas separatum cuivis capiti Jur. Ecclesiæ Brunnenm. subjecit. Dn. à Seckendorff, Vir religiosa pietate inclitus, non minus emphaticis verbis hanc visitationem commendat in Christen-Staat p. 642. Quorum ea, quæ in limine statim Lib. III. c. X. §. 9. conspicuntur, hic transcribere lubet: Es ist eine überaus betrübte Sach/ inquit, daß kein Pfarrer leichtlich zu seinem Beichtkind / oder diese zum Pfarrer kommen/ als im Beichtstuhl und Todesnöthen / oder zu einem Gelag und Gastmahl. Warum solle nicht zum wenigsten aller Orden möglich seyn/ was an etlichen geschicht/ daß der Pfarrer zu gewisser Zeit alle und jede Haushaltung besuchet/ und Haushirther Kinder und Gesinde im Christenthum fraget und unterweiset. &c. In eandem denique proponitur sententiam Dn. Abazv. Fritschius in Bono Pastore p. 36. sq. ubi nostrum hocce negocium, adducendo nonnulla S. Scripturæ dicta, notabilioresque sententias ex variis variorum scriptis de utilitate ac necessitate visitationis hujus domest. excerptendo quasi in Coelum evenit laudatque impense; adeoque mentem suam, quam in Tr. de Visit. Ecclesiast. p. 42. tum magis in negativam inclinantem quodammodo prodidit, profluis mutavit. Quo de in subsequenti §. plura.

S. XVI. D. Hartmannus c.l. p. 1287. sqq. prolixæ sed admodum confusæ haec de re agit. Deceptus & confusus est a Mengeringio, qui pariter magno verborum ast nimiris dentatorum apparatu, quem Pastorali suo inferait Hartman. in *Informat. Consil. Evangelico* de hac questione disputat, sed ita invidioso atque confuse, ut loepius sibi ipsi contradicat, & nesciat, quid dicere velit. Formatus quidem c.l. questionem Mengering. h. m. Ob ein Prediger/ vermöge seines Hirten- Umpits/ allen und jeden zu Hauß und Hofe nachzulaufen und zu nahen im Gewissen verbunden sey/ auf solche Art und Weise/ wiectliche

E 2

Irgeister



DE DOMEST. AUDITORUM

Ergeister fürgeben? Ex quo videtur apparere , ac si non ipsas visitationes in se , sed tantum eo modo consideratas rejiciat , quomodo nonnulli Fanatici easdem requirunt & urgent. Sed non in tuto omnino collocat hæc excusatio Mengeringium. Cum enim in sc̄opius jam citato Scrutin. Confsc. Catechet. loca Act. XX. & alia expresse dicat , etiam ad ordinarios Ecclesiarum Ministros pertinere , conf. p. 1419. ubi : Man solle nicht meynen/ daß es exempla singularia & extraordinaria ; præterea auctores ab ipso approbati diserte etiam hoc dicant , vicatim & domestice esse visitandos auditores ; nunc vero ea ipsa dicta ad casum singularem & extraordinarium valde contorqueat omniaque argumenta , quod in Theologo Conscientiae Doctore intolerabile prorsus est , quæ specialem auditorum visitationem probant , nobis & sibi ipsi eripiat , non appareat , quomodo sine aperta & manifesta contradictione contra hanc domest. Visitationem h.l. tanto impetu differere posuit. Idem de eodem sentit Illustris Strykius l. c. p. 162. Nobis hoc in negocio humani aliquid passus videtur uterque. Fuerat quidem Anonymus W eingelianus , qui peculiari scripto defenderat Lutheranam Ecclesiam non esse veram Ecclesiam , quia in ea desint Visitations auditorum domesticarum , quæ tamen a Christo præ publica prædicatione Verbi Divini sint præcepta. Poterat vero Fanatico responderi (a falso est) , quod prædicatio publica privatæ auditorum visitationi sit postponenda , cum illa in tertio decalogi præcepto diserte sit mandata , & cum Cultu Div. publico conjuncta , immo pars ejus principalis. Quod ex infra dicendis uberiorius patebit.

(5) Distinguendum esse inter visitationem domesticam quoad genus & quoad speciem. Non negandum est , præceptum esse , ut Ecclesiæ Minister non tantum in communis omnium ovium , sed & particulariter singulorum curam agat , quod supra probatum ivimus. At vero species hujus curæ particularis , an fieri debeat per explorationem ab aliis , an vocando singulos in locum Ecclesiarum , an in ædes Pastoris , an visitando domos , determinata non est , sed prudentiæ vel Ministri vel Ecclesia relicta. Præterea & ipsa visitatio domest. varios habet modos. Poteſt institui vel singulis hebdomadibus , vel mensibus vel annis. Possunt domesticis vel quæſtiones certæ proponi , vel occasionaliter saltem in vitam eorundem inquire. Quangiam vero nec hic negandum sit , omnium optimum modum esse , qui fit quotannis , per quæſtiones a Magistratu Ministro propositas , vel per aliam informationem

VISITATIONE.

37

mationem, Ministro præscriptam, per quam finis visitationis np. vel
 emendatio vel excitatio vel institutio auditorum, omnium commo-
 disime attingitur; non tamen sequitur: in hac vel illa Ecclesia hæc
 visitatio exulat, ergo non est vera Ecclesia. Dubitandum enim non
 est, nullam esse Ecclesiam, in qua non Pastor Ecclesiæ privata qua-
 cunque opera, (si desit Magistratus Pol. auctoritas talen perfectam
 visitationem Domesticam adornando) pro viribus annitatur singulo-
 rum suorum auditorum vitam explorare, quacunque ratione potest
 eique conceditur. Ita Fanatico sufficienter fuisse responsum: Sed Te
 Lectorem, quisquis ab animo persuasionibus occupato immunis es,
 judicem constituo, annon omnia ab Hartmanno, & quem, ceu supra
 diximus, fuse allegat, Mengeringio, mire confundantur. Pu-
 tarunt, Fanatici malitiam non aliter reprimi posse, quam si, quic-
 quid ille afferuerat, negarent. Et tamen, quia nimis clarum fu-
 erat, aliquam visitationem domesticam Verbo Divino convenien-
 tem esse, optant, eandem in Ecclesiam introduci posse. Quo ipso
 sibi boni viri manifeste contradicunt. Ut vero materia eo clarior eva-
 dat, vitorum nonnulla, quæ in Disput, contra Anonymum ab utro-
 que fuere commissa, hic breviter signabimus, reliqua ad suum lo-
 cum erunt referenda. (1.) Approbat Hartm. Zepperi sententiam affir-
 mantem, & ejus rationes producit ex dictis Scripturæ, ex officii rati-
 one, ex Ecclesiis domesticis p. 1289. Et tamen non audet categorice
 huic sententiæ ob Anonymum illum & Mengeringium suum sub-
 scribere, quia Pastor talis obambulans & visitans possit suspectus fieri,
 ac si veller instillare falsam doctrinam, & quia speciem habeat, quasi
 Pastor veller talibus officiis se instar vulpeculae insinuare & offam ca-
 ptare. Quæ risu multo digniores, quam refutatione sunt ratio-
 nes. (2.) Privatas quaslibet admonitiones & increpationes, quæ vel
 fiunt incompetenti loco & tempore, vel inconvenientibus verbis,
 vel ob leviculas rationes, cum visit. Domesticæ confundit, p. 1290. f.
 quæ est examen Christianismi ex instituto. Summi Magistratus intra-
 certas leges & certo statuq; tempore ad pleniorem cognitionem suorū
 & ad eorū salutem exercitum, de quo unice quæstio est. (3.) In Menge-
 ringio notandum, quod invidiosissimi verbis domest. Visitacionem
 xagit: Ob man allen und jeden zu Haus u. Hofe nachlauffen muß/
 wie die Irrgeister vorgeben. Die Neulinge sagen / man müsse es nicht
 ey der Langel und öffentlicher Predigt bleiben lassen / sondern auch bey
 en Zuhören ins Haus horchen und einsprechen. &c. p. 570. Die unzel-
 tige

DE DOMEST. AUDITORUM

tige Kirchen-Reformaturienten / Soltter Richter/ die Aristarchi, die der Prediger Gewissen ohne Ursach veruntuhigen und irre machen mit ihrem ungereimten Fürgaben und Geplerr p. 571. 574. & 575. Et tamen disertis verbis satetur p. 571. Es wäre wohl sein, daß es allenthalben so seyn könnte/ p. 577. Wann sie über der ganzen Kirchen acceptirt und introducirt würde/ wäre es zu wünschen. Quomodo hoc secum invicem consistere possunt? (4) Negat & pernegat Mengering, habere hanc visitationem domest. mandatum vel exemplum Scripturae, vel fundamentum in Scriptura. Die Haupf-visitation und privat-inquisition (quam contemptum!) habe keinen Grund in Gottes Wort/ p. 577. Es ist nicht ein Pünzstein oder Buchstabe davon in der H. E. Christi p. 574. Si dicatur: ab Ecclesia constitui ejusmodi visitationes, tum respondet p. 571. Ecclesia ist nicht Scriptura, nicht Christi & Apostolorum Canonicum mandatum. Bone Deus, quam absurdum, quam contradictionia haec sunt! Si visitationes ista non habent fundamentum in Scriptura, quomodo easdem instituere potest Ecclesia, quia ad Scripturam alligata est? Autne id tantum habet fundamentum in Scriptura, quod totidem verbis in ea extat: non vero quod ejus regulis & exemplis conforme est? (5) Amplius opponit Mengering, si familiarium visitati est instituenda, ergo etiam Curia, Dicasterii, Aule, Cancellaria. Qua esset summa πολυπραγμοσίν. Resp. Ecclesiæ Ministris non concedita sunt dicasteria, curia, præfecturæ, sed personæ, quæ his officiis funguntur. Quarum dominos ab Ecclesiæ Ministero visitari absurdum non est. Quamquam etiam inter ipsas personas visitandas ex prudentiæ nobis commendata regulis aliquam differentiam adhiberi conino par est, neque Scriptura repugnat. Si Verbi Minister Nobiliorum, Baronum, Comitum, Consiliariorum domos, ad requirendos abhinc tuos reatus, visitare potest, cur non & animæ ipsorum & religiois cauæ? Nam ipsum animæ & quæ ipsi sunt concredita, ac rusticorum. Dum haec scripsi, in manus meas devenit Germanicum Anonymi scriptum, a Generoso & Excell. Dn. DKrackeyzio mihicommunicatum, sub titulo: Christlich Gespräch von Haupf Visitacionen, anno 1698 editum; qui eandem sere cœnluram in Mengeringium stringit. Ex quo tamen verbum non amplius addo. Quemadmodum vero Mengeringius ab affirmativa in negativam, ita Fritschius a negativa potius in affirmativam, re penitus considerata, abesse videtur. Hic nempe A.C. 1667. edidit Tr. sub hac rubrica: Tractatio de jure Visitandi Ecclesiastico, ejusque exercendi modo, in quo

quo c. X. p. 42. quosdam ait adprobare has visitationes, communio-
rem vero sententiam improbare. Sechiusvis Conscientia relinquere.
Allegat tamen ex Inform. Conf. quæcumque Mengelingius contra
has visit. ibidem congesserat. Longo vero tempore post prædictæ ejus
Bonus Pastor supra laudatus, ubi jam alium induit animum, nec scimus
de visitationibus hisce domest. suspendit judicium, sed easdem potius
acriter masculineque defendit, ut supra recensum.

§. XVII. Cum hinc constet, institutum hoc Divina auctoritate
miti, ut de eo rectius judicare possit, ejus natura, indole
& circumstantia paulo curatius erunt considerandæ. Quod fieri
si considereretur I. ipsum subjectum visitari. Nempe Ecclesia Pastor,
cujuslibet loci, quippe quiideo dicitur Episcopus & inspector gre-
gis sui, ut in mores & vitam suorum introspiciat, eosdemq; corrigeret
& bonum in Ecclesia ordinem conservare annitur. Non igitur
munus hoc visitandi domesticum subeant aliorum locorum Ministri,
nisi summa id suadeat necessitas. Uniusquisque enim sicut vocavit
Dominus, ita ambulare, & in vocatione, qua vocatus est, perma-
nere jubetur, i Cor. VII, 17. 20. Singulis Pastoribus portio gregis ad-
scripta est, quam regat & palcat unusquisque, rationem sui actus Do-
mino redditurus. Conf. Ebr. XIII, 17. A& XX, 28. i Petr. V, 1. Huc
tabel transcribere elegantissimum Concilii tertii Carthaginensi. c.
XX. decimum: *Placuit, ut a nullo Episcopo usurpatur plebes alienæ, nec
aliquis Episcoporum supergrediatur in diœcesi suum Collegam.* Multo
minus Christianus quilibet, ut ut de locis quædam in ipso deprehendi-
atur & dono docendi, adhortandi, consolandi sit instructus, attamen
Ministerii ordinisve Theologici non est membrum, functionem i-
stam aggrediatur, vel obeat geratve, præsertim refragantibus &
reclamantibus Ecclesiæ Ministris. Contrariam nobis alt plane ab-
surdam atque Fanaticam haud ita pridem propugnavit sententiam
D. Böhmerus, JCTus Hallensi, in Tr. de Jure Parochiali, p. 218. lqq.
Qui cum in Hallenium quoque Pictistarum, quos adpellant, nume-
ruuntur inceptus, ideo cautelegendus, & quæcumque de hac visitatione
tradit, non sine discretionis judicio audienda sunt & admittenda. Hinc
ur justo procedamus ordine, omnino opera pretium fore arbitramur,
principia ejus momenta paucis hic delineare, brevibusque ea, quæ Jus
Ministerii Ecclesiastici Divinum & humanum lædere modestiæ; can-
cellos transilire videntur, ea qua pars est, modestia attingere & con-
futare.

Desribitur
Subjectum
visitans,
quod est Ea-
cclesia Pa-

49 DE DOMEST. AUDITORUM

futare. Dicit itaque (1.) quia huic officio plus insit oneris, quam
commodi, invitos & reluctantes se ad id præbere Ministros. E
contra acerime obsistere, si quis alius in sua parochiâ talem actum
exercere velit. Verum enim vero haut immerito queritur:
Si quis judex Civilis in suo territorio justitiam exercere omis-
tat, an ideo judex Vicinus ultro in ipsius territorium ingredi, & ju-
ri dicendo operam dare possit? Et an alter ille hoc tolerare coga-
tur? (2.) Jus illud ex Brunnem. & Strykio probat Böhmerus. Potius
distinguit inter obligationem parochorum ad visitandas Ecclesias, &
inter jus excludendi p. 27. tum alios parochos, ne in sua parochia do-
mesticas hasce visitationes instituant, tum etiam alios non parochos,
ex pio zelo ductos, ut privatos intra parietes homines in vera salutis
via instituant. Illud jus cogendi vocat, hoc jus prohibendi. Cogen-
di nempe parochianos, ut visitationi se subjiciant, prohibendi, ne
quisquam alius vel Minister vel homo pius in parochiam suam involet
& audeat hominem ægrotantem confolari, aut impium ad saniorem
mentem reducere. Quod posterius jus ait toti Christianismo adver-
sum esse, atq; in ea re magno zelo exardescit. Licit enim Apostolos
ubique docuisse & admonuisse, a nemine prohibitos. E. hodie quo-
que id fieri debere. Si regeratur monstrum hoc esse consequitum.
Apostolis enim diserte generale vel Universale, ceu loqui amant, do-
cendi munus, quo in univerlum terrarum orbem abeant, prædi-
centque Evangelium, ea solennitate antea nunquam promulgatum,
omni creaturæ, Matth. XXIX, 18. sq. immediate a Deo fuisse injun-
ctum atq; delatum; quod postea mutatis rerum circumstantiis, in eo-
rum successoribus cessaverit: atque adeo a particulari ad Universale
nullam valere sequelam, aliamq; longe esse rationem Ecclesiæ plan-
tandæ & plantatæ, tum falsa Pietistarum opinione inebriatus regerit
J. C. T. apostolicam Ecclesiæ potius esse plantatam & hodiernam ve-
rius esse plantandam. Quanquam enim hodierna quoad externum flo-
rem cœtumq; dici possit plantata, tamen saniores (Fanaticos nempe
& Pietistas) agnoscere, ex vera & viva in Christum fide Ecclesiæ æsti-
mandam esse. Quo sensu Ecclesiæ omnium consensu reformatam
potius esse, quam ut sit plantata. Quæ universa ita comparata sunt,
ut Fanaticum Libertinismum aperte sapiant, nec credam, vel ab ipsis
eius Academiz, in qua scripsit Auctor, Theologis adplausum inve-
nire posse. Ergone non amplius verum est, quod Ecclesia no-

VISITATIONE.

41

stra à Lutheri usque tempore constanter docuit, cuilibet Pastori certum esse concreditum *ποιησίαν*, quod vi dictorum supra indigitatorum, neque transfilire ipse, neque alii, nulla quippe necessitate coacti, nullā hic vel illic docendi vocatione legitimè riteque factā, qvæ tamen juxta Jer. XXIII, 21. 1 Petr. IV, 15. communemq; nostrarum partium Theologorum consensum, summè necessaria, instruēti, & præterea hinc inde ad contemptum Ministerii Ecclesiastici, ad Separatissimum & Schisma quodvis aliud excitandum & progenerandum, facile idonei, in id involare debeant? Et cur non distinguit inter functiones Christianismi, qvas qvilibet ubique nomine impidente, exercere potest, utpote consolari tristes, admonere à Lege Divinā devitantes, & inter officia Ministerio Ecclesiastico propria, qvæ solis Ministris in qvilibet parochia ordinariè (nam neque ab his in casibus necessitatis aliorum locorum Ministri arcentur,) competunt. Quemadmodum cuilibet homini, aut judici etiam alieno in quolibet loco licet dissidentes amicē, data occasione componere, qvisnam justam & qvisnam injustam causam habeat, litigantes informare, sed qvæ judiciali auctoritati propria sunt, ut lalentiam inter dissidentes ferre, & refragantes compellere, nemo nisi loci judex, qui alios qvoscunq; , quo minus id faciant, prohibere potest & jure potest. Denique Ecclesia plantata propriè dicitur, in quâ omnia salutis præsidia jam ordine disposita sunt, ut qvilibet inde fidem haurire & salutem adipisci possit. Et talis est hodierna Ecclesia Lutherana, non illa prima. Ex fide nimur interna, ubi np. præsidia salutis in actum deducta sunt, Ecclesia interna estimatur, ex professione fidei & præsidiiorum illorum præsentia, externa. Si ad Ecclesiam plantatam requiritur, ut omnia Ecclesiaz membra habeant fidem, neq; Apostolica Ecclesia ex mente Pietistæ, accurate loquendo dici poterit plantata, neque habebit Ecclesiam Christus ad finem usque mundi. Si qvorundam fides sufficit, ex præsidiiorum fidei præsentia enata, & inter nos hodie plantarum habet Ecclesiam Christus. vid. D. D. Pfaffii, Tübingensium Theologi longè Celeber, Sillog. Controvers. Pietist.

§. XVIII. Et qvamq; ea, qvæ copiosissimè contra inconvenientem Jcti opinionem dici poterant, breviter saltē à nobis striciliq; dicantur, exinde tamen qvilibet extra omnem heterodoxia

F

terodoxia suspicionem constitutus, facile colligere poterit, invicem veritatis esse, soli Ecclesiae Pastori cuiuslibet loci hoc munus docendi domest. convenire, & nonnisi in summo necessitatis casu alium

Designantur virtutes ad felicitatem ob. eundum hoc munus omnino ne- sellaria, in id involare debere. Quibus positis, virtutes Ecclesiae Ministri, ad hanc visitationem omnino necessariae, paucis, ne brevis aliqua dissertatio in amplum vastumque opus degeneret, erunt delineantur. In genere observasse nobis sufficiat, Ministrum visitantem, non tantum sufficientem rerum Theologicarum & implantandae verae pietatis cognitione, sed & vita sanctimonia conspicuum esse debere.

Nam qui bene docet, & male vivit, ex B. Augustini sententia, quod una manu construit, altera destruit. Ubi vero sancta & inculpata est ipsius Ministri vita, fieri ferme nequit, quin ejus virtute plurimi vel infidelitati vel etiam erroribus dediti ad veritatem pietatemque non fucatam, fortius ac ipsa doctrinæ distemperatione allecti commoveantur. Puritas enim vita cum doctrinæ sobrietate conjuncta, auditores certos reddit atque persuasos, te non ex mera rei consuetudine aut malo quovis alio praetextu, sed ex animo serio in DEUM intento hanc impendisse operam. Quibus in genere observatis, ad præclariores virtutes, proximus hoc spe. Stantes, quibus Ecclesiae Minister, cui privatum hoc docendi munus ab Ecclesia delatum est, inclarescere & eminere, insimul quoque ad vitia, à quibus alienissimus esse debeat, paulo proprius accedendo, dicimus; Ad felicem obtinendum successum Ecclesiae Minister sacram hocce negotium non nisi devote institutis precibus suscipiat. Precibus enim vera sapientia a Patre lumen obtinetur, Jac. I, 17. Quo facit Augustini monitum L, IV, de doctrin. Christ. c. XXX. sive apud populum, vel apud quoslibet jamjamque dicturus, sive quod apud populum dicendum, vel ab eis, qui voluerunt aut potuerunt, legendum est, dictaturus ore, ut DEUS sermonem bonum det in eos ejus. 2. Ne, siquidem velit ultra præscriptam sibi regulam progredi, Verbo DEL per violentas interpretationes vim & injurias inferat, neque etiam intricatis & inutilibus questionibus, sed unice adificationi auditorum & verbis nullis tricarum involucris impeditis operam impendat. 3. Temperantia & continencia dicti 1 Tim. III, 2. pro virili studeat. Nam soberius semper esse debet & castus non minus in verbis quam in factis. Frustra enim aliis temperantiae leges suggerere videtur, qui ipse animi sui motus effrenatos non compescere potis est. Quanquam haustus vini, cerevisiae &c.

ad

VISITAT!ONE.

ad refocillandas pér multijuga negotia aliaqvē casuum onēra longē gravissima infirmatas corporis vires, non omnino sit prohibitus, modò sibi caveat visitans Minister, ne ita bibat, ut ad obeundum officium reddatur ineptus. Cumprimit nunqvam in aliorum sanitatem, etiam vel rogatus vel impulsus à Superioribus, cùm poculi excessu bibat 4. Erga Illustriores & altioris conditionis homines prudenter & modice se gerat; honorem iis exhibendo, non nimium honorem appetendo; non tantum moribus gravis, sed & *benignus*, *humilis*, & *omni humanitate suavis sit*, secundum legem Pauli i Tim. III, 2. Tit. I, 8, non saltem erga Majores, sed & erga omnes, etiam minima conditione homines. Fidelis enim Ecclesiaz Minister ambitionis vitium cane pejus & angue fugit, exemplum Magistri sui sequens, qui corde humilis erat, Matth. XI, 29. conf. i Cor. XV, 9. 5. Exploratum auditoris statum vel maximè dissolutum, modo non sit notoriè depravatus, ita ut scandalis abundè scateat, adeoque nonnisi publicâ Ecclesiaz disciplinâ immutandus, tacitè habeat, eundemqve qvâvis etiam aliâ occasione placidè, in primis si auditor ad saniores redire mentem promptus sit atqve paratus, emendare omni conatu nisique intendat. Taciturnitas enim juxta tritum illud, optimum est & tutissimum rerum gerendarum vinculum. 6. Ne mercedis aucto effusi largique premii causa in hunc actum prorumpat. Quamvis enim dignus sit operarius mercede sua, Luc. X, 7. i Cor. IX, 9. i Tim. V, 18. non tamen propter mercedem aut præmii intuitu suam auditoribus operam præstet, ut mercenarius, sed querat, non quæ sua sunt, verum quæ Christi sunt, vid. i Petr. V, 2. Nam ubi animadvertis auditor, turpissimi saltem lucri aut lordidi quæstus, occultioraque ipsius negotia scrutandi & expiscandi gratia in hoc officium involare Ecclesiaz Ministrum, non tantum omnem ipsi reverentiam, amorem omnemqre fiduciam denegat, sed præterea quoque obsequium h. l. quam maximè præstandum, tanquam intollerabile jugum recusat, aut non nisi vi qvâdam coactus externa admittit. 7. Deniqve observatu dignum omnino videtur, ne se sibi redat jocis profanis, salibus & facetus colloquis item Politica negotia aliaque huc minime spectantia spirantibus. Sic enim tota res in meram profanamqve consuetudinem brevitempore degenerabit. Quamvis & hoc monendum esse omnino censemus, non omne id, boni Ministro in vitio debere, quod malitiosi Aristarchi in codem pro grandi scelere proclamant, i.e. g. sermones

& ut loquitur *Dn. à Seckendorf. l.c. p. 645.* mässige Frölichkeit/unverwerffl.
Ergözung und Scherz/ nur NB. daß die Furcht Gottes und die Beob-
achtung des H. Ampts allezeit Statt finde/ und nach derselben die Lust
gemäsiget/ also jene allein zum Werk angesehen werde &c. Eadem
reperire dantur ap. D. Spenerum in append. Tr. Klagen über das ver-
dorbene Christenthum p. 264.

Objectum
Visit. dome-
stica duplex
est. Reale &
Personale,

§. XIX. De subjecto Visit. ejusque virtutibus, quibus praestare
debeat, cum certi simus, ad ipsum Domest. hujus Visitationis Objec-
tum descendimus. Estque duplex vel Reale, vel Personale. Materia
circa quam seu Objectum *reale* denuo vel est generale, vel speciale,
vel specialissimum. *Generale* est, quo univerfa familia, omnes ac sin-
guli examinandorum capaces, cujuscunque sint sexus & ætatis, or-
dinis & dignitatis, ita tamen, ne prudentia modestiaque terminos
transcendat Minister, ad veram, continuam, sufficientemque de Deo
rebusque Divinis notitiam, ad fidem non tanquam rem evanidam,
sed realem, sensualem, experimentalem, virtuosam & efficacem, &
hinc inde ductu primæ & secundæ Legis tabulæ, ad perennaturum
ingenuumque Dei, & propter Deum proximi quoque amorem indu-
cuntur. E. G. Ne qvamcunqve idolatriam, superstitionem velin
rebus Oeconomicis, vel aliis qvibuscunqve, imperito præprimis
populo ex usu ferme quotidiano longe familiarissimam; ne
fanorum, qvod ibi cumpromis locorum, ubi Lutherani & Romano-
Catholici socias jungere manus vitamque agere vicinam coguntur,
follicite agendum; aut aliarum creaturarum invocationem secentur,
aut qvocunqve modo fiduciari in iisdem collocent; ne vel temere, fru-
strâ & leviter, vel falso & contumeliose, sed pie ac honorifice Nomen
DEI usurpent, ut sabbati diem sacro Div. Cultui destinent, ac pia
sancta que in eodem opera, sacras meditando Scripturas, sacram Cœ-
nam pro ratione pressæ afflictæque stimulis conscientiæ usurpando,
Conciones pro suggestu sacro habitas, & Examen, quo nihil utilius
est, Catecheticum repetendo, sacros & populari stylo conscriptos
legendo devoteque percurrente libellos &c. peragant, ut Magistra-
tui, etiam infideli, iniquo atque injusto, in omnibus, qvæ supre-
mi Numinis Gloriam, Christianamque caritatem non ledunt; hic
vero Divinæ, ad quam adstrictus est Legi, se subjiciant, & sic
porro. *Speciale* deinde requirit visitationis Objectum, ut sollicitus
animarum Curator in mutua Conjugum erga se invicem officia, in
efficia

VISITATIONE.

45

officia vicino, liberis & famulitio, liberorum contra cæterorumque Domesticorum Parentibus ac Superioribus ex immotâ Div. Legis ut & honestatis regulâ, debita paulo curatius inqvirat, eaqve, siqvidem periculosisimo universam familiam ignorantia morbo laborare deprehenderit, verbis haud phaleratis & abstrusis, sed perspicuis omniumque captui accommodatis exponat atque depingat. Modum vero procedendi ex immediate subseq. §. prospicere licet. Cumque varia sint unius etiam familia ingenia, ruda & erudita, contumacia & contrita &c. objectum denique reale *specialissimum* erit, pium, ac fidem justitiamque Div. seriò qvarentem in bono magis magisve confirmare, malum verò & impium ex impietatis lagyeo fauibusque diaboli quantum in se liberare atque eripere, confractum & abjectum obligare, in simplici doctrinæ Christianæ ignorantia hæsitantem, ejusdem notitiâ imbuerre, sterilem in bono, fertilem in malo, instillando virtutum amorem, vitiorumque odium, ad suum faciendum officium impellere, insanabilem, ne Ecclesiæ dedecori scandalisque infirmis sit, è gremio cœtûs sui, vel ad tempus, si corrigi patiatur, vel in perpetuum, si inemendabilis fuerit, eliminandus quod sit, monere, & si quæ sunt alia id genus. Conf. Tarnov. in laudatiss. Oratione Dedek. Consil. inserta p. 656. Succedit Objectum Personale, quod sunt auditores cum universa familia domesticâ. Subintelliguntur autem (1.) tuæ Ecclesiæ Cives, non alterius curæ demandati, nisi urgentissima intercesserit causa, quæ legem hanc quovis modo inviolatam tenere omnino dissuadeat. Sole namque meridiano clariora sunt dicta Act. XX, 28. 1 Petr. V, 1.sqq. Ex quo ultimo supra memor. Mencelius, nostrum assertum urgendo, vocabulum κληρονομία elegansissimâ ratione demonstravit. Hier braucht der Apostel inquit, unter andern zu einem sonderlichen Bericht das Wort CLEROS (welches verdeutscht ist, Volk/ wie alle Gelehrte wissen/ und D. Luther, seeliger Gedächtnis/ auch in seinem Scholio marginali anzeigen) ein Los/ das ist ein solch Theil Volks/ das einem durchs Los/ oder sonst durch Gottes Schickung/ gleich als durch ein Los zugethielet/ und sondrerlich zu versorgen befohlen ist/ und will eigentlich St. Petrus dadurch verstanden haben/ daß einen jeden Pfarr-Herrn/ sein Pfarr-Volk oder Kirchspiel sol beföhlen seyn/ dorvey er bleiben soll/ und andere lassen das ihre versorgen. Quod videre est in Bidembachii Consil. Theol. Judic. XIV. p. 206. & Dedek. Consil. Vol. I. p. 718. Neque vero consultum est & orthodoxa pietati justoque in Ecclesiâ ordini conveniens, ordinarie huic

F 3

invol.



DE DOMEST. AUDITORUM

46

involvere negocio Judæos, aut peregrinos diversæque à nobis religioni addictos sine discrimine admittere, quippe qui semetiplos à nostræ Ecclesiæ communione sejungere communiter solent. Et quemadmodum Cives in hâc velillâ Rep. communibus Juribus, privilegiis ac legibus inter se cohærere necessum est, ita cives tantum hujus vel illius Ecclesiæ non aliarum religionum confortes in uno eodemque coetu conjungi debent. Quid enim ad nos, qui extra? Id quod denū Act. XX, 28. aliaque loca superius §. 17. all. aperte convincunt, & suo comprobant judicio Celebratissimus Jo. Pappus in jam jamque memorata Epist. Marbach. insinuata p. 415. ita differens; Idcirco disertis verbis Papistæ, Zwingiani, Schwenckfeldiani, Anabaptistæ, ut ipsi se à nostræ Ecclesiæ communione solent sejungere, ita a Pastorum curâ & inspectione removentur. Non tamen ab omni prorsus curâ Pastoris exemptos esse atq; remotos omnes in fide dissentientes, necessario subintelligendum esse existimaverim, cum rapienda semper sit occasio, errantem quantum in se est, ad sanam perducendi mentem eique subministrandi media, quibus ad metam salutis æternæ pertinere possit. conf. i Tim. II, 4. 2 Petr. III, 9. Hinc ne videamur angustorū, distinguendum necesse putamus inter homines simplices discordie cupidos, & inter manifestos empæctas & semel iterumque correptos. De his ultimis cura talis ad Pastorem aut nulla aut certe exigua spectat. Priors vero ut lucrificiat, omni conatu nisuq; intendat: id tamen, ne vi aliqua, cum fides cogi nolit, neque verbis asperis & ignominiosis, sed magna patientia & mansuetudine, ut fiat, omnino suadeamus. Huc aliqua ex parte facere videntur, quæ habet Dn. D. Förtsch, Jenensium Theologus longe Celeberr. in laudatiss. Diss. de Priv. Fid. Inst. §. 41. (2) omnes in familia homines, nemine excepto etiam nobiles, etiam grandes. Quamvis id ipsum sicuti omnes ad illustriores directas privatas exhortationes, visitationes inquis adspiciant oculis hujus seculi homines, remque ad contemptum superioribus conciliandum, ad excitandas seditiones, aliaque id genus procreanda, quam maxime idoneam esse, vociferare haud defugiant. Verum enim vero hoc perperam fieri certissimum est (a) ex universalitate præcepti Ezech. III, 7. Iq. c. XXXII, 7. de quo supra §. 2. conf. Jer. I, 10. (b) ex variis in sacratissimo Codice occurrentibus exemplis, utpote Samuelis I Sam XV, 30. seqq. Nathanis 2 Sam. XII, 9. Esaiæ, Ela, XXXIX, 6. Iq. Johannis Baptista, Matth. XIV, 4. aliorumque

VISITATIONE.

47

que.(c) ex immota ratione. Cum enim non homines tantum plebeji, sed & in dignitate, etiam maxima constituti pars sint Ecclesiae, subjecti quoque erunt curæ & inspectioni Pastorali, quorum salus æterna promoveri æque ac reliquorum debet. Quanquam cum prudenti discrimine, cum Pastorale officium reverentiam & subjectionem Superioribus debitam non tollat, id fieri omnino debet, de quo postea. Quare venerandos esse, Principes ut Deos, arguendos, ut peccatores, eleganter docet Brentius in Luc.c.ill.Homil.30.T.V.Oper.p.684. Vid. omnino Mengering. in Scrut.p.1353. Elegantissimam denique quæstiunculam silentio transmittere, cum alcum de illa apud Theologos sit silentium, non possumus; *An ipsorum Ecclesia Ministrorum dominus ab hac visitatione debeant esse immunes, annon vero & horum regimen domesticum quandoque ad examen revocandum?* Breviter illam ex juris sententia decidit affirmando Celeber. Strykius in laudatiss. Com. ad Brunn. Jus Eccl. p. 172. *Qvod quis in alio probat, ait l. c. in se improbare non debet.* Quibus & nostrum superaddimus calculum. Cum enim invictæ indubitateque veritatis res sit, Pastorem Ecclesie omnes ac singulos fidei suæ quoquo modo commissos, citra personarum respectum visitare, iisdemque suam impendere vigiliam debere, cur non & familiæ alterius Ministri in uno eodemque coetu, quæ æc; curæ & inspectioni suæ concredita est? Idque in hac quoque provin- cia in rure omnium optime fieri potest a Confessionario alterius Pastoris, quando ad eum venit, S. Cœnam ipsi administraturus. Quamvis, quod ipsam examinis spectat materiam, sicuti semper; ita & hic quam maxime, prudentiæ modestiæque regulas valde commendatas velim. Nam optimum semper & quod irreprehensibile est ab Ecclesie Ministro ejusve familia sperandum. Non tamen obstat evi- detur, Unumquemque Episcopum & doctrina & exemplo suæ familiæ præesse & debere, & statum illius bene riteque exploratum cæ- teris suis Symmictis declarare facilis operâ posse. Prius namque cuiilibet Patrifamilias, argumento loci|Eph. VI, 4. sq. convenire in superioribus §. 2, insinuavimus. Neque a debito ad illius executionem arguere temer valebit. Pastores enim Ecclesie tot tantisve publicis, quibus in numerosiori cumprimitis coetu involvuntur, curis atque ne- gociis impeditos, aut aliis de suis immature præoccupatos opinionibus, suorum curam specialioremque vigiliam haud raro neglexisse, forte apud omnes in confessu est. Posteriorius quod reclamare vide- tur,

tur, ad peragendum ab Ecclesiæ Ministro officium, cui in specie consensu totius Ecclesiæ fuit concessum, nondum sufficit. Est enim generale, nec ullos sinit exemptos. Ut adeò nostram adfirmativam huc usque inconcussam manere, in apricò sit.

Forma modusque antec. s. haud obscurè respondens, investigandi profectus aut defectus auditorum, proponendi quæstiones cum utilitate conjunctas, sive ab iis, qui Ecclesiæ præsunt, sit præscriptus, quod eviderit optimum, & huic instituto ob multas easve haud exiguae causas convenientissimum esse, suprà tunc, quod tumultum, sive prudenter Ministro cœlicus, implexus sit.

§. XX. *Forma modusque antec. s. haud obscurè respondens, investigandi profectus aut defectus auditorum, proponendi quæstiones cum utilitate conjunctas, sive ab iis, qui Ecclesiæ præsunt, sit præscriptus, quod eviderit optimum, & huic instituto ob multas easve haud exiguae causas convenientissimum esse, suprà tunc, quod tumultum, sive prudenter Ministro cœlicus, implexus sit.*

§. 16. diximus, sive Ecclesiæ Ministri prudentiæ relictus, *simplex sit* & quod cum primis dicendum, quæstiones ad expiscandum in fidei doctrina sensum, quantum fieri potest, ita sint comparatae, ut sensus in ipsa quæstione exprimatur multis verbis & responsio brevis, unde tantum alteròe verbò constans exigatur, ut à populo, cujus maxima pars literarum rudis est, omnia rectè capiantur, totumque adeo sacram hocce negocium, non solum sine ullo scandalo aliquo inconvenienti absolvatur, sed & his veluti secundis subiectum ventis, quem sibi proposuit portum, eo felicius conseqvatur. Quinam verò ordo modusque circa simplicem quæstionum propositionem in specie sit observandus, intra Compendii brevitatem expediri nequit. Exquisitissimum tamen de eo iudicium, quod Dn. D. Siryk. c.l. p. 168. ex Zepperi Pol. Eccl. l. 3. c. 10. refert, excerptum hic subiecisse omnino juvabit. *Verbi itaque Ministri, inquit l. c. partitis ac divisis inter se operis, Ecclesiæ suas quotannis semel ad minimum, si propter parochiarum amplitudinem bis fieri nequeat, & quidem hyberni tempore, quo major & melior familiarium, in pagis præcipue, copia esse potest, quam estate aut aliis anni partibus, cum circa labores rusticos occupati, domo sepius absunt, domatim, ac per singulas familias visitabunt: à parentibus, liberis, & familia capita catecheses Christianæ fideique rationem & confessionem exigent, an preces matutinas & vespertinas, ante & post mensam concipient, Psalmodiam Christianam in officiis suis, Bibliorum & partis cuiusdam Catechismi ordinariam lectionem aliaque pietatis exercitia usurpent; an diligenter ecclibus sacris, & catechesationibus intersint, sacra Cenæ frequenter utantur, & num Parentes à liberis conciones in templis auditæ exigant: quomodo Conjugibus inter se conveniat; an officium in rectè educandis liberis faciant, & bono illis exemplo suo ad pietatem, & vita honestatæ ante ambulones sint & preeant: quomodo se liberi, & reli-*

qui

qui domestici, cum erga parentes, & homines, tum erga se invicem gerant: quomodo cum vicinis singule familie vivant: an rerum penuria premanur, an egeant: an opificia sua manuaria diligenter exerceant, & pensi aliquid habeant, & que id genus alia sunt, diligentes sciscitabuntur & explorabunt. Sin Parentes acriter reprehendi, pergit, & corrigi oporteat, privatim, semotisque liberis & familia id fieri, ne ipsorum apud domesticos Autoritatis & Reverentiae, adeoque & visitationum harum scopo & finibus aliquid concedat aut detrahatur. Non absimile suppeditavit consilium supra laud. L. Scharff in der Lunischen Rechnung p. 359. Existimat quoque Zepperus, posse pro re nata, & ubi minus laborandum atque sudandum videatur, duas aut tres familias in Catechisationibus praetertim conjungi, ut temporis ratio habeatur. Et huic alia diverlorum Theologorum non contemnenda adjecti iudicia Strykius p. 169. 170. sq. In quo tamen multa Ecclesiae Ministri ingenio, dexteritati, prudentiae ac pietati, cum propter circumstantiarum varietatem non omnia legibus possint determinari, relicta sunt.

§. XXI. Finis Causa suscepta Visitationis hujus domest. est Gloria Dei, & salus auditorum temporalis & aeterna. Quemadmodum enim in genere finis Ministerii Ecclesiastici respectu hominum corundem informatio est & deductio ad aeternam salutem, & eorumdem aggregatio ad Ecclesiam, Ecclesiæque ipsius decoræ conservatio, Eph. IV, 12. sq. respectu vero Dei, ejus Gloria, 1. Cor. III, 9. ita in specie hoc institutum nostrum eo dirigitur, ut Gloria DEI promoveatur, auditorum eo feliori cum successu salus impetretur, & vita inter illos vere Christiana atque decora partim componatur, partim converterur, itemque ordo vi dicti 1. Cor. XIV, 44. observetur justus decensque, ac denique tranquillitas conscientiæ in Ecclesiæ Ministro, quippe qui de animabus, per cruentum Christi meritum ex orco easibusque diaboli pretiose redemptis & curæ suæ demandatis. Deo T.O.M. animarum Archi-Episcopo rationem reddere tenet gravissimam, in dies magis magisve concilietur.

§. XXII. Pater ex his omnibus institutum hoc esse I. vere Divinum. Est enim purissimo sacratissimoque Verbo DEI omnino conforme. Nam quicquid nititur mandato Dei generali, clarissimis ex S. Codice haustis fundatur exemplis, aliisve S. Scriptura indicis atque suffragiis Theologorum comprobatur manifestis, id Verbo Dei iure merito censetur esse conforme. Talismodi vero nostrum, quo de in prætenti sumus solliciti, institutum esse comparatum, in superioribus

Finis Visitationis Domest. est Gloria DEI, auditorum fa-
luis, confi-
enziæ tran-
quillitas &
ordo in Ec-
clesia justus
decensque,

Institutum
hoc I. est
vere Divi-
num.

DE DOMEST. AUDITORUM

50
 bus §. 10. 11. seqq. satis superque fuit commonstratum. Præterea (2) dici meretur Divinum, quia Divinis omnino mediis consecratum, (3) ad finem quod §. 21. docet, tendit Divinum, & denique (4) Divino, quod ex §§. 18. & 20. liquet, modo, invocata Divina gratia & animo salutis hominum cupidio absolvitur atque perficitur. Quæ cum tam liquido pateant, quam liquidus est, in quo spiritum haurimus, aer, equis dubiter, an sacrum hocce negocium citra offensionem hac nomenclatura possit insigniri? Evidem jam aliquod temperis intervallum abiisse notissimum est, ex quo Doctores Theologi, quos inter Dn. D. Fechtium, *Præsidem meum longe Gravissimum*, in Coll. MS. Anti-Pietist. hic nominasse sufficiat, contra Indifferentistico-Pietisticum, quod ajunt, imo ut propius accedam pestilentissimum hominum genus in motu de divinitate Librorum nostrorum Symbol. magna cum *exigencia* obliterarunt, Divinum ex usu vocis recepto, non id tantum disci, quod immediata, sed & quod mediata a Deo originis est. Sic non tantum Majestatem Numinis supremi, sed & vitam, ad exemplum virtutibus a Deo præceptis compositam dici Divinam, Gen. V. 22. VI. 9. Ita & vocationem ad Ministerium, si legitime fuerit facta, Divinam, & matrimonia legitimo justo modo contracta, Divina compellare jam immemoriali abhinc tempore conservimus. Nulla igitur, me quidem judice, obesse videtur ratio, cur non & nostrum ob tanta rationum momenta, institutum, jure meritoque dici posset vere Divinum.

ER II. Gloriosum salutare longeque utilissimum. Gloriosum Magistratui, & qui ei sunt à Consiliis, quod Dei causam promoveant. Ut ut enim Magistratus Pol. Officium sit, rebus etiam sacris exactam omnino & indefessam impendere operam curamque, quod ex intuito Deut. XVII. 15. seqq. i Reg. XV. 14. exemplorum, & Historia Sacra & Ecclesiastica petitorum; utpote Saulis, qui hariolos ejecit, 1. Sam. XXIX. 9. Salomonis, qui Abjatharem Pontificem submoviti Reg. II. 27. Asæ idola destruentis, Josaphati cultum restituentis, 2. Paral. XIV. 3. 5. XV. 8. & 16. XVII. 6. seqq. XIX. 4. Constantini M. Christianam introducentis religionem, Marciani & Theodosii eandem propagantis, Caroli M. qui Concilio Francofurtensi præfuit & circa sacra dispositus (de cuius circa sacra fervore, industria & sedulitate egregia, quæ quælaudem merentur immortalem, refert. *Aventinus* l. 4. Annalium Bojorum p. 279. & 284.) ultro dispalefecit, nihil tamen minus, quo

VISITATIONE.

51

plus sacris in negotiis exhibet sollicitudinibus, eo gloriosius atque laudabilius nomen adpiscitur. *Salutare* insuper est longeque utilissimum partim auditori ad vigilantiam; ad profectum, ad emendationem; partim Ecclesiae Minister ad intimorem suorum notitiam, informationem, correctionem, quod ex §. 13. palam est. Potest & certo modo necessarium dici partim ob Div. mandatum, quo omni modo jubetur Ecclesiae Minister vigilare pro oibus curæ Pastorali commissis, Ecclesiæque auctoritatem, quæ illud præcepit, & circa illud dispositus; partim ob bonum justumque in Ecclesia ordinem observandum, conscientiamque Verbi Præconis tranquillandam. Non possum, quin heic subijciam notatu dignissimam, quam ex benignissima *DN. Praesidis* mei informatione accepi, narrationem: se nim. ex ore *B. Dn. Winckleri*, Pastoris de Ecclesia Hamburgensi bene meriti, audivisse, nihil conscientiam suam magis torquere, quam quod præpositus esset Ecclesiae, quæ ut vulgaris fama ferat, constet ex XXM. annarum, è quibus tamen vix centum aut ducentarum habeat qualemcunque, nedum accuratam notitiam. Quotamen omnium rationem reddere aliquando justo Judici deberet, Ebr. XIII, 17. Aliquando etiam cogitasse *Dn. Wincklerum* b. m. de abdicando officio suo, nisi Senatus ipsi adjungeret præter ordinarios Diaconos adhuc unum, cui de suo salario partein aliquam ultro cedere vellet; ut conjuncta operâ, quod unus alterque non posset, gregi invigilare, & majorem singulorum notitiam acquirere possent. Quousque tamen hoc impetravit Vir beatus, aliunde notum est.

S. XXIV. III. Sanctum ac salutare Institutum hocce nostrum Ecclesie seu *Summi Magistratus* in Ecclesia auctoritate sufficiendum, nec sine ejus consensu explicito aut ad minimum quem vocant implicito seu virtuali, quin non prohibendo, ceu loquitur *Dn. D. Fecht*, Præses atque Cognatus meus observantissime colendus, l.c.p. 294. non refragando, non improbando consistit, perficiendum est. Prævious hic anteivisse deprehendi *Jo. Pappus* c. l. qui rem (*ἐπιτηρην καὶ οἴνης*) inscio Magistratu, ceptam fuisse negat, sed toto prope anno de restituenda disciplina & emendandis Civium moribus conciones habitas, Senatumque scopè etiam in Curia officii sui per occasiones fuisse admonitum ibid, adseverat; & *Jacobus Andreae*, acutissimi ingenii Theologum, qui, quo magis considero, perbelles ait ibid. p. 418. negotium ipsum, priuatis actionibus nihil efficietur; nisi, *Magistratus* suam authorita-

Est III. Ma-
gistratus
auctori-
tate suffi-
ciendum.

G 2

DE DOMEST. AUDITORUM

52. *in Ptolemeo*
authoritatem interposerit, &c. Atque ita sane arbitror. Cum enim
specialia in hoc instituto in S. Scriptura non sint determinata, Magis-
tratus auctoritas interveniat necesse est, qui ordinem instituat & le-
ges ferat, quicquid etiam curia dicati Romana, & è Cohorte Calvi-
niana non pauci, in primis vero recentissimi Indifferentista, D. Tho-
masio praeiente, contra hoc Magistratus Poi, circa sacra officia og-
ganiant, quibuscum in praesenti haec de causa contentionis fune in-
ducere, ne falce in alienam messem mittere videamur, nostrarum
partium non est. Commendainus vero, quæ promore suo, i.e. so-
lidissime hoc de momento, deduxit Dn. D. Fortsch. l. c. §. XVI. Defici-
ente Magistratus auctoritate ait Dn. Praeses meus, c. l. p. 294, quis re-
luctantes ad officium compellat? *Quis ordinis isti decus afferret & exi-
stimationem?* Quamquam vero Magistratus Christi, officium poscat, cu-
ram gerere disciplina Ecclesiastica; Si tamen Magistratus eandem
negligat, suoque deicto officio, fideles Verbi Ministri, illum, ut par-
tium suarum satagat, prudenter & modeste, Argentinensium exem-
pli, monere, immo eosque hoc in negocio progredi debent, quo-
usque possunt, & ipsis conceditur. Hinc putat Dn. Spenerus in seinem
Bedenken Part. I. c. 2. art. 3. p. 637. Si domest. hæc Visitatio cum bo-
na venia auditoris exerceatur, non habere Magistratum, quod casti-
get. Ne tamen, monente Pappo. c. prius eum conveniat, quam vel
biduo ante ipsi denunciaverit, & hoc ipsum adprobare intellexerit.
Rationem ex Consilio Johannis a Munster de visit. domest. legitime
instituenda, suppeditabit Dn. D. Strykus all. l. p. 170. Quod si vero
prævia denunciatione a Magistratu vel explicite vel implicite concessa
eaque semel iterumque repetita pertinaciter ab uno alteroque audi-
torum utilissimum hocce negocium spernatur, Ecclesiæ Minister o-
mni vacabit culpa, etiamsi hinc inde magna undique confluant animæ
pericula. Conf. Sam. II, 7. Matth. X, 40. Joh. X, 20. Luc. X, 16.

*Est IV. pru-
dentialia Ec-
clesiastica
exercen-
dam.*

s. XX. Ut porro sanctum atque salutare hoc institutum
non destituatur felici successu, etiam IV. non sine prudentia Ecclesiasti-
ca expediendum. Nam prudentia, dos illa Divina, ut omnium actionum
alias moralium rectrix & velut arbitra est; ita & ministeriales actus
regit atque dirigit ad ædificationem Ecclesiæ. Ideo prudentiam
Ipse mei Salvator Noster omnibus ac singulis & pio in primis atque in
causa Dei bene sollicito Theologo valde commendatam voluit. *Estate
prudentes, inquit, sicut serpentes, Matth. X, 16, & Luc. XVI, 8. collauda-
tam*

VISITATIONE.

53

ram iniqui dispensatoris prudentiam, suo modo imitandam quoque proposituit. Quam ideo sartam testamque conservet Ecclesiae Minister. Ea enim absente ac deficiente etiam nostrum hocce negotium brevi tempore in abusum, in Conventus Pietisticos, aliaque id genus degenerabit. Sicuti jam olim factum, ut supra §. XVI, demonstratum ivimus, da man wegen des abusus den usum gsr aufgehoben/ und das Kind mit dem Wasser zum Bad hinaus geführtet. Magnam vero hoc inter & privata pietatis Collegia intercedere differentiam, nunc paucis enucleabimus. Scopus enim noster longe ad alium finem tendit, quam Pietistarum, quos vocant, conuentus, np. ad Visit. domesticam cuiuslibet auditoris, ab Ordinario Ecclesiae [Ministro] instituendam. In qua omnes illæ difficultates exulant, quæ Collegiis pietatis objectæ fuerunt. In Collegiis pietatis conveniebant, quicunque & quotquot vellent. Unde ex diversitate ingeniorum & cuiusvis status facile confusio oriri poterat: In visitatione dom. soli domestici, qui pro una quasi persona habentur, ubi nulla plane confusio metuenda. Collegia pietatis juxta plurimos etiam sine Præside, aut certe à Studiolo, aut quolibet alio rerum Theologicorum gnaro, institutu poterant. Unde pronus in varias phantasias lapsus erat, quod & experientia confirmabat. In Visit. domestica, nemo nisi Ecclesiae Minister ordinarius examinat. In Collegiis pietatis materia collationis varia esse poterat, vel lectio Scripturar, vel aliquujus auctoris pietatem iustificantis, etiam auctoris heterodoxi & Fanatici, unde varii discursus & judicia miscebantur. In visitatione dom. merum examen instituitur, an verbo publice prædicato convenienter vivant, an in notitia & pietate proficiant, an à bonis moribus aberrent, quod ex §. 19. liquet. Ex Collegiis pietatis ubique contemptus Ministerii publici, arrogantia Spiritualis, separatio a reliquis, institutum istud non sequentibus oriebatur, & ratio illa privati pietatis exercitii quoad utilitatem publicis concionibus longe præferebatur. Unde etiam ubique satis mature obrogata fuere. At in Visitatione domest. hoc unum agitur, ut examinetur, an Ecclesiam publice frequentent, an Verbum debita devotione audiant, an vitam ad illud componant, &c. Id si non faciant, ad reverentiam & auscultationem Ministerio adhibendam graviter monentur. A Collegiis pietatis abusus judecet B. Schomero, Doctore Theologo de inclyta hac Academia immortaliter merito, ab usu difficulter vel plane impossibiliter separari potest.

G 3

A VI.

DE DOMEST. AUDITORUM

54

A Visitatione dom. facilius. Quanquam vero privatum examen & institutio ex iisdem principiis dedicatur, cum generatim verum sit, Ecclesiæ Ministerium non tantum publice, sed qualibet e'iam commoda occasione privatum suos ad veram pietatem deducere posse & debere, tamen privata illa institutio iis limitibus coercenda est, ne in abusum vel degeneret, vel degenerare facile possit, quod in Visitatione domest. ex ipsa Objecti ejus indole & mensura a Summo Magistratu eidem constituta, prorsus fieri non potest. Si vero etiam Collegia pietatis iis terminis possunt coerceri, ne abusus ullus se iis facile insinuet, jam olim in Praefat. Collegiatissimi dixit laudatus Schomerus, nec honi institutum improbari posse. Et D. Praes mens in MS. recentiorum Controvers. vulgo Anti-Piet. Collegio P. II.C. VI.q.2. Si ejusmodi, inquit, sine abusu & scandalo haberi & frequentari possint Collegia, non parum utilitatis habitura esse Sc. Verum quia hodie sine suspicione vel singularium in religione sententiarum vel contemptus aliorum, qui idem institutum non sequuntur, talia Collegia haberi nequeunt, præcipue cum unique habeantur Chilasticæ aliaque Collegia, e vestigio bonum quantumlibet propositum coquianter, & eo pacto major a publica Ecclesia pleraque separatio queratur, ea inconsulta hodie esse prudens quilibet & pius judicaturus est. In eandem propendet sententiam Dn. D. Hardschmid b. m. Theol. Prof. Argentinens. Academ. quandam immortali cum gloria exornans, in Diss. post de Conventic. Sect 2. S.4. Quanquam vero ex hac tenus recensisitis laits evictum sit, quanta ex nostro visitationis dom. instituto salus speranda sit Ecclesiæque utilitas, nec ullus facile metuendus abusus, magnam tamen in eo adhibendam esse cautelam maximeque observandum putamus, ne publico Cultui Divino præferatur. Quod sèpissime cit. Dn. Strykius c. l. p. 166. sq. ex Bovvles Past. Evangel. l.2.c.6. subsequentibus nervo ostendit: Primo catenus duntaxat, privatum dispensare verbum obligatur, quoad per publicum Ministerium, aut per ea, que ei necessario inserviunt, licebit. Cum utraq simul consistere non possunt, privata publicis cedant &c. Furore itaque insano & intempestivo Indifferentiarum & Fanaticorum, quos nocentissimum adverlariorum genus esse non abs re judicat Megalander, zelo exarde scere, optime monent Theologi vere Lutherani, qui privatam institutionem, privata pietatis exercitia, publico Cultui Divino, sub singulari pietatis specie præferre malunt, qui non tantum templæ adesque sacras è lapidibus extructas, tanquam externa rejiciunt templæ, leo quod

VISITATIONE.

55

quod ipsi templa Spiritus S. sint interna, den sie meynen, sie seyen von Gott inwendig selbsten gelahret, ceu loqui amant; sed & publicam Verbi prædicationem publicumque Divinum cultum, qui in templis sit, tanquam inefficacem & inutilēm contemnunt. Quo ipso Sancti Pauli isti clarissimæ Scripturæ Literæ Rom. X, 14. Matth. XXII, XI, 9. Ebr. X, 25. I Cor. XI, 8. seqq. & tertio in primis Decalogi præcepto reclamat, Sacra in Scripturis ubivis occurrentia sufflaminant exempla, & publicum ordinem ac tranquillitatem, non sine Summi Magistratus contemptu conturbant. Quibus, quantum quidem pro ratione præsentis instituti fieri poterat, qualitercunque tactis, ad ostendendam qualem Visitationis ruralis & Oppidanæ differentiam vires succingam. Nam impossibile esse, quilibet videt, ut in Majoribus Ecclesiis quilibet Ecclesiæ Minister visitationem obeat, cum negotia Ecclesiæ in tanto auditorum numero sint infinita. Itemque omnes unius Ecclesiæ Ministros stare quasi pro uno, & socias sibi jungere operas & in visitatione, ut in aliis negotiis omnibus eosque progredi, quo possunt. Ultra posse enim nemo obligatur. Erudite hæc observavit Dn. D. Fortschius, Theologus Amplissimus & supra omnem laudem nostram positus, qui, postquam I. c. de diversimoda privatim docendi occasione egregie dixerat, §. XXVI. subiicit cautelam, simulque providendum esse ait, ne publicum interim negligatur. *Quod cum in numerosis præsertim Ecclesiis, quibus tamen pauci Ministri sint prefetti, obtineri vix possit, utile fore ac proficuum, ait, ut iusta inter Pastores officiorum operarumque institueretur partitio, ne iis, quibus Princeps aut Republica ad majora gravioraque negotia opus habet, quique publice in primis adiuncti destinantur, privatis defagerent officiis excrucienturque.* Idem ex Zeppero Calv. notavit Strykns c. l. prætereaque ex Praxi Rostochiensii superius §. 14. delineata palam est; qua unico saltem cuiuslibet Ecclesiæ Ministro Visitandi officium subeundum incumbit, qui deinde reliquis suis in Christo Confratribus atque Collegis, gravissimis aliis negotiis obseptis, profectum defectumque auditoris referre tenetur. E contra omnium optime in effectum deduci potest in Ecclesiis ruralibus, ubi etiam magis opus est, ob summam nonnunquam aggressum & negotiis concatenatis occupatorum hominum ignorantiam, non tantum in fidei articulis, sed etiam in iis, quæ ad vitam recte ducendam pertinent. Cum in urbibus major sit proficiendi occasio, & liberi non tantum in hyeme, ut in agro, sed per totum annum

annum Scholas frequentare possint. Denique huic tractationis capituli adjicienda quoque est illa cautela, ut Visitans Verbi Minister cum infirmis aliter agat, quam cum robustis, aliter cum sumidis, aliter cum effrenatis, aliter cum pacificis, &c. Non enim omnes eodem ingeniō præditos esse, proindeque non eodem procedendi modo Minister utendum, experientia docet. Lac primum infantibus in fide præbendum, postea vero cibus solidior est, 1 Cor. III, 1. Hebr. V, 12. VI, 1. sq. ut in cognitione & vera sapientia doctrinæ fidei magis magisve ad pietatem proficiant, Col. I, 9. ut arbor alia leniter tractanda, veluti Oliva; alia vero durior, ut Nux; ut quædam margaritæ aceto, quædam vero melle lucidiores redduntur; ita hominum ingenia lunc comparata, quædam tractanda sunt blande quædam severe. Duo vero extrema, ut in quovis alio officii negocio, ita & in nostro, semper sunt vitanda. Nimius zelus, & nimia lenitas. De novellis Zelotis P. Lutherus, Magnum illud Ecclesia Lumen ait: Wann sie noch neu sind und erst aus der Esse kommen / meynen sie / als solle sie bald Händ und Füsse haben / wann sie etwas sagen / müsse sie's alles geschehen und geändert werden. Aber das fehlet weit. Es hat denen Propheten und Christo selbst gefehlet ic. De nimia lenitate jam olim D. Selneckerus ajebat: Man müsse kein placentiner/ Leib-Trichter und Stummer Hund seyn. Servum itaque DEI discretum esse oportet, ita, ut cuique de dimentum suum justo tempore. Luc. XII, 42. Quæ omnia dissiuste, solide & ex intimis rei viseeribus deduxit laudatissimus Ternorius Roster in citatis. Tr. de SS. Minist. Lib. II, c. XXII, q. 2. & Hartman. c. I. Lib. III, c. III, p. 322. sqq. & Dn. a Seckendorff. all. l. p. 626.

Est V. institutum hoc esse videtur difficillimum & variis impedimentis obserpum, quæ tamen penitus curatusve ponderata, superari facile & posunt & debent. Nam quo majora rei bona impeditamenta objiciuntur, eo majori cura annitendum est, ut in effectum transeat. Hinc ut ordine procedamus, pleraque aut forte omnia rationum momenta recensebimus, quibus quidam Aristarchi sanctum & salutare hoc institutum evertere risuque atque contemui aliis exponere male conantur. Dicunt itaque I. nimium in hoc negocio confinere laborem, atque adeo Ecclesia Ministris jugum esse prorsus intolerabile, nisi mox accidentibus fulciatur. Resp. (1) supra §. 25. & alibi commonitum fuisse, ne Ecclesiæ Pastori aut reliquis in amplioribus præpri-

Est V. institutum difficillimum & variis impedimentis observatum.

VISITATIONE.

57

præprimis Ecclesiis Verbi Praconibus tanquam publicis aut' gravioribus aliis curis atque negotiis obvolutis, sed saltem Diacono, quem adpellant, id obeundum laboris injungatur, ut partitis ac divisis inter se operis alter alteris sit auxilio. Sed tamen (2) salva rei veritate cum D. Strykio c. I. p. 166. sq. diffiteri non possumus, in multis Ecclesiæ Ministros tot tantisve laboribus oneratos esse, ut huic visitationi vacare vix possint. His, inquit ille, facile impossibilitas, modo ea' vera & non prætenſa sit, justam prestatib[us] excusationem. Enimvero, dari non paucos, qui malunt otium, malum illud jucundum, quam anxiam &, quod confiteor, molestam istiusmodi curam ac sollicitudinem ovibus Christi præstandam, ex experientia compertum est. Utinam multi non quæ sua, sed quæ Christi sunt, quererent! vid. Venerandus Dn. Praes mens in App. Theol. c. II X. p. 295. Sane cavendum & nostris temporibus est, ait D. Brunnenm. c.l. p. 160. quod de suis queritur Card. Bellarm. Pastores animarum non pauci magis tristantur, si proventus Ecclesiæ sua demissi, aut etiam perire videant, quam si multus animarum numerus ex ipso forum absentia, vel negligenter pereat. vid. plura ib. Quibus præmissis notamus (3) qui officium ambit, oneri etiam officii se se subjicere debet. Non autem hoc, quod gerunt Ecclesiæ Ministri, inertis otii munus est, sed provincia laboris plena, cuius splendore sollicitudo, cuius messe sudor major semper fuit. Veris igitur & conscientiosis Verbi Divini Ministris non facile est onus, sed summa animi delecatio. Omnia conando, habent triti illius verba, docilis solertia vincit. Amori facilia omnia, adeo ut Bernhardus vere dicat: *Amor ubi est, labor non est.* Serm. 86. in Cant. Et Hieronymus: *Nihil amantibus durum, nullus labor difficultis.* vid. Quenst. Ethic. Past. p. 331. Nec obstat II. Magistratum id concessurum non esse, ne Ministri fimbrias sua potestatis hac occasione dilatent, elatiores querreddantur. Nam, quod 1) monendum, multis in locis a Magistratu id mandatum est, utpote in hac Provincia, & olim in Rep. Argentineensi, alibi que. Et cur non 2) publicæ etiam conciones ipsis interdicuntur, ob quas multi insolenter se efferunt, id quod Ecclesia Hamburgensis hodie cum primis magno & incredibili cum dolore contestari poterit. Cumque præterea 3) Magistratus aliis in rebus media conquirere undique norit, quibus Verbi Pracones quasi habent cohibentur, ne in altum emergant, ergone idem in hoc negocio fieri non poterit? Attamen III. impedimento esse videtur; has Visitationes Ecclesiarns suspicio- nibus occasionem præbere posse, als ob denen Priestern der Röpff groß würde.

H

Quod

DE DOMEST. AUDITORUM

Quod vero satis solide discussit D. Brunnem. l. c. imo solidissime D. Stryk in Comm. ad Brun. p. 167. Hinc ne actum agere videamus, progredimur ad IV. Oppos. momentum; sc. multos ad visitationes hasce obcundas, ineptos esse, maximeque de hac sua infirmitate delere. Verum observ. 1) Non tamen ineptos esse ad visitationes Convivales & voluptuarias, 2) Si multi, qui ne quidem ad eum scientia gradum ascenderunt, ut publicum cultum Div. concionesque ex ambone publice habendas expediant, tamen ex manuductione aliorum, & ex descriptis aliorum operibus eo usq; progreedi possunt, ut sive numero summo cum ad plaustrum, in eo partium suarum satagant, certe longe facilius si, qui ad Visitandi munus felici cum successu prosequendum videntur inidonei esse, instrui possunt & informari, modusq; ipsi prescribi, quid in hac visitatione, quo ordine quidlibet sit agendum. Proinde 3) ad prætensam illam infirmitatem, quibus vulgares Ministri ab hoc onere se eximere volunt, graviter respondeat Tarnovius in citatiss. Orat. Dedeck Conf. inserta p. 657. Alii V. in ea verborum portenta prorumpere haut verentur: *Hoc specialia incumbere pedagogis, parentibus, ut suos informent: immo gubernanda Christiana vite disciplinam cum private uniuersitatis conscientia, tum publica Magistratus cura relinquendam esse.* Quibus hactenus assentie, eleganter ait Tarnov. Vir absolute doctus c. I. p. 658. Si sibi nego pecuniae quicquam super hos omnes, in suumuneris partibus aliquando cessante, nequa communitate quodammodo cum iisdem ullam rem esse evicerint. Nunc cum constet, idem menus erudiendi in fide, gubernandi in vita, & quidem præcipue, iis omnibus esse commendatum, qui curatores animalium salutari & dici volunt, pro quibus rationem reddituri sunt DEO; neque ipsi has partes, quamvis laboriosas & difficiles, rejicere in quenquam, neque ad aliorum, quibus earundem partium suo loco & tempore peragendarum cura incumbit, institutam aut negligentiam connivere aut tacere possunt. Qui sibi pollicetur premium eternum, qui percipit mercedem temporariam, ejusdem est, subire laborem & tolerare molestiam, &c. Ajunt VI. Auditorum impatiens metuendam esse, insprimitis honoratorum, qui se se huic inquisitioni Hispanica non subficiunt. Resp. 1) Si ob impatientiam in auditoribus metuendam utilissimum hoc institutum susque deique habendum aut prorsus deprimentum erit, etiam Concio[n]es publicæ, quibus auditorum plurimi impatiens præbent aures, e potioriis Ecclesiæ nostræ eliminandæ erunt. Quod vero impium foret & quam maxime inconsultum, 2) respectu personarum modestiam pariter atq; prudentiam adhibendam omnino esse, in superioribus passim diximus. Præterea que 3) ex-

Brun

VISITATIONE.

59

Brunnem. c. l. p. 161. monendum: hujus rei utilitatem commendari debere in homiliis, quo fiet, ut semper aliqui futuri sint Patres familias, qui libentissime admittent vigiles se invisentes, quorum exemplum alii sequentur. Nam praestandum Ecclesia Ministro esse omne id, quod saluti animarum conduceere videatur. Quod si prohibetur facere a Superioribus, & non habeat ullum refugium, tunc fecisse sufficerit, quod potuerit. Dices VII. *Calumnia tamen Ministris erunt metuenda.* At vero ad hunc nodum Gordium non opus est Alexandri gladio. Nam quid inde? Summa certe dignitas propter Christum indigne tractari. Apostoli ibant gaudentes a conspectu Synedrii, quod pro Christi nomine κατηγόροις απίκαιονται, Act. V, 41. *Sicut decet Imperatorem stantem mori, inquit Hartm. c. l. p. 1282.* ita decet pastorem patientem & laborantem; sustinentem & abstinenter, precentem & pradicantem emori: immo dira & dura omnia amore Christi alariter subire. Hoc est vere νεκρόπαθης 2 Tim. II, 3. mala sustinere, iurias quarvis pro Evangelio perferre, & cor contra insanorum sannas obdurare. Aliis IIX. *Pastorum ignavia & metus*, ne quem offendant, sepimenti loco inservire possent. Sed frustra. Ad supinam Pastorum circa res sacras Ecclesiae q; proficuas specialissime gerendas, negligentiam & ignaviam tanta cum εμφύτεαι respondet Tarnov. quod ex data resp. ad V. Obj. in aprico est, ut non possint non in ruborem conjici, languori desidiaque mancipati. Conf. etiam responsi ad I. Object. supra suppeditatam. Metis vero, qui multos hac in parte absterret, humanus est, quem timor Dei excutere debet. Qui enim hominibus placere studet, servus Christi non est, Gal. I, 10. vid. omnino cit. App. Theol. Dn. Praesidis mei, p. 259. & Hartm. all. l. p. 1283. Ad IX. Obj. nempe apud multos parum fructus sentiri, respondet D. Spenerus in denen Theologischen Bedenken Part. I. art. III. Sect. XV. p. 679. daß es auch meistenthells / aitl. c. an denen Haupt-Personen / nemlich den Haushütern und Haushütttern / in jeglichem Hauf gelegen seye / wie viel oder wenig aufgerichtet werde / ist gewiß/u. deßwegen die Pflicht/die ihnen oblieget/ solchen Leuten treulich u. ernstlich einzuhärfaffen: indessen mangels auch nicht an Exemplari und hoffe ich derselbe werde auch seines Orts dergleichen gefunden haben/ daß durch Gotts Gnade in einigen Häusern / wo wenig gutes an Eltern u. Herrschäften sich findet/ einige von Kindern u. Gesinde nicht nur erhalten/ sondern wohl gar kräftiger als andere zuweilen gerühret werden/ indem sie der gütigste Vater so viel herzlicher gegen die stets vor Augen habende Aergerniß vermahrt/etc. Sufficit igitur, si non in c̄mnes, tamen in aliquos immo plerosq; saluberrimum hinc fructum redundaturum.

turum. Idq; præterea ex instantia a publicis Concionibus sumpta, prorsus eliditur. Experientia namque testis est, quamplurimos, in primis litterarum ignaros, literisq; leviter saltem imbutos, eas ne quidem intelligere, nedum animæ edificationem fructumq; exinde percipere posse; qui vero ideo oblivioni tradendas prorsusve posthabendas esse dixerit, eum intemperias infaniasq; agitare necesse est. Excipies X. Visitationem hanc dom. facile in abusum degenerare posse, sicut loquitur Dn. D. Förtsch. c. l. §. XVI. Minister Visitationibus intempestivis & curstitutionibus officii erga singulos defungendi pretextu tempus terat, nec debita dein cum meditatione suggestum concendat, addo vino, cerevisijs & epulis operam det. At 1) omnino Prudentiam Ecclesiast. hoc in negocio, ne in abusum, Conventus Pierit. aliaque id genus degeneret, adhibendam esse §. 25. diximus: attamen 2) rem tanti momenti rejiciendam non esse ideo, quod ex accidenti forte degenerare possit in abusum, vel in aliud quoddam malum supra §. 12. insinuavimus. Nam & publicas nostras conciones in varia abusuum genera abire ex experientia eheu! compertum est. Interim 3) abusus hic non ex ipso instituto Visitationis Domest. sed ex malitia Ministri, quæ censura & poenis facile coerceri potest, suboritur. Obesse videtur XI. Summa, que hinc inde subnasci & emergere facile poterit, Pastorum ~~τελυραγγειον~~. Verum enim vero obstaculum istud levissimi ponderis est, & ex curationi intuitu §. 16. facile corruit. Quod si vero Ecclesiast. Minister auditorum domus ideo saltem irreplerit, ut lucri insana cupiditate ampliores sibi opes corradat, ut mensa conquistissimis epulis instructæ accumbat, ut secretiora domesticorum negotia exquirat, & in vulgus divulget, rem esse periculi plenam, & mature Magistratus auctoritate coereendam, non negamus. De eo eleganter differit citatiss. Dn. a Seckendorff c. l. a Fritschio pariter in Bono Past. p. 44. all. XII. argumentum, quod opponitur, a deficienti expreſſione in Literis Vocationis mutuatum, levideſt, & a Brannem. c. l. p. 161. satis superque elatum. XIII. Remoram huic rei injicere ii videntur, qui exclaimant; posse Ecclesiæ Ministrum privatim seu καὶ ὄντες visitando, more hereticis adfesto, semina heretos jactare. Sed respondet Spenerus, l. c. P. I. c. II. art. IV. p. 76. Nicht das geheime Lehren macht die ~~E~~ache unrecht/sondern das geheime Lehren 1. irriger Dinge, und 2. die man nicht getrauet öffentlich zu sagen. Also lehren Ketzir irrite Lehre / und zwar so wohl öffentlich/wie si dessen Gewalt haben als auch heimlich; so wenig also das öffentliche falsche Lehren der Ketzir das öffentliche wahre Lehren der rechten Lehrer unrecht machen kan/so wenig muß auch das Haup. Lehren der wahren Lehrer der geheimen Verführung der Ketzir entgelteln. Ferner lehre Ketzir

VISITATIONE.

61

Körper oft dasjenige heimlich/ was sie öffentlich zu bekennen nicht getrauen/ als lang sie noch keine gnugsame Gewalt haben. Solches ist aber an sich selbst betrüglich. Wir verlangen aber/dass der Prediger in Häusern nichts anders einschärffe/als auch darvon er öffentlich seine Bekanntschaft thut. Also muss an der Körper Exempel vermieden werden/nicht was sie mit andern rechten Lehrern gemein haben/sondern was ihnen eigen ist. Verissime hæc dicuntur, quibus adde: Si Magistratus Pol. Orthodoxos Ecclesiæ Ministros, Ecclesiæ præficit, quomodo illi semina hæreleos spargere possunt? Alii XIV. institutum nostrum impugnant, hoc nisi fundamento, quia ad minimum mala species sit, qua semper vitanda. Quod itidem latit solide discussit, distingvendo inter scandalum datum & acceptum, D. Spen. c. l. XV. quod immittitur telum; hoc est: Nunquam legi, quod Christus ad Herodis, vel Caipha, vel Hanne, vel ad ullius alias ades irquisitus & non vocatus perrexerit, ibi de Regno DEI concionaturus. At vero telum istud cuspidem non habet. Nam obstat 1) exemplum Zachæi, Luc. XIX. c. Iq. cuius ædes irquisitus & non vocatus ingressus est Salvator noster, eidem veram salutis viam ostensurus, ceu ex oculari textus inspectione concludere est: neque 2) legitur, quod Christus ad morientes acceſſerit, neque quod homines baptizaverit, neq; quod manus iisdem imposuerit, aut Catechesi eorum imbuerit liberos: ergone nec hæc officio Ministri Ecclesiæ continentur? Visitandi sunt, qui tanquam fidei nostræ consanguinei nostræ curæ concretiti sunt. Sicut nec hodie tenetur Ecclesiæ Minister obire domos Pontificiorū, Calvinianorum, etiam si inter suos habitent, quemadmodū supra §. 19. invimus probatum. Erant quidem Christus & Apostoli doctores omnium hominum, quorum salutem curare debeant. Id etiam diligentissime egerunt, sed intra suum ordinem. Est enim Deus, Deus ordinis. Prædicarunt ipsis publice veritatem, refutarunt eorum errores, impietatem detexerunt. Quibus si aures præbuissent, ad primū gradū & secundū accessisset, ut ipsis se proprius junxisset, etiam conviviu cū ipsis celebratur, 9 Apoc. III, 20. Observavit quoq; Palladius, quem refert D. Theoph. Spiegel, Theol. August. Celeb. in veteri Academia Christi, sub tit. S. Joannes Chrysostomus, gravissimas Christum habuisse rationes, quod hominum ædes irquisitus & non vocatus non acceſſerit. XVI. quod objicitur argumentum, absurdō desumptum est: Nimis ideo singuli sunt admonendi, quia Apostolus dicit: se singulos admonuisse, tum quoq; nocte visitationes erunt instituenda, quia dicit, se nocte quoq; admonuisse. Ast Resp. absurdū fingi, quod absurdum non est: Nam lethaliter decumbentes etiā noctu sunt admonendi & consolidandi. Et Visitationes Dom. hyberno tempore, ubi dies breviores sunt, in noctem protrahi possunt. Præterea verba

62 DE DOMEST. AUDITORUM VISITATIONE.

cum limitatione sunt intelligenda : die & nocte, ubi necessitas hoc requisivit. Ultimo denique loco , ad quædam S. Scripturæ loca, quibus nonnulli sanctum ac salutare hoc institutum , nescio qua conscientia , suffocare annisi sunt, paucula saltem reponenda erunt. Objiciuntur autem (a) Luc. IX, 4. & X, 7. quibus in locis expresse prohibetur, transire de domo in domum. At vero objectiunculam hanc ignorare elem- chum haud obscure colligere est. Non enim hæc loca de domest. Visi- tatione, sed hospitii mutatione agunt. Posteaquam enim variis mo- rum documentis atque præceptis discipulos suos, ad dilatandum Re- gnum suum emissos, instruxerat Dulcissimus Salvator , inter alia id quoque monebat, ne mutatione hospitiorum suspicionem mo veat, quod delicias potius & laetam tractationem , quam Regni DEI pro- gressum querant. Vid. Osiander in Bibl. Flatinus & Winckelm. ad h. l. & Brunnem. l. c. p. 162. Male itaque in nos retorquetur telum , quod non ferit, & repercussum latus petit adversæ sententiae. (b) Joh. XIII, 20. ex quo appareat, quam Visit. domestica illicita res sit, Christiq; Ecclesiæ neutiquam conveniens, cum Ipsius Christus senon in occulto docuisse, in ter- minis pronunciet. Quod vero simpliciter intelligendum non est. Nam ex multorum, immo ipsorum discipulorum exemplis constat, Christum privatim quoque speciatimque docuisse. Non vero aliud genus doctri- nae privatim, aliud publice proposuisse, hinc adserere vult Salvator No- strus. Vid. omnino Spener. c.l.c. II. art. IV. p. 75. s. ad (c) deniq; ab Apostoli prohibitione 2 Tim. III, 6. deductum, idem ibid. eleganter responderet.

Dissertatio-
nis Epilo-
gus.

§. XXVII. Faxit ILLE, QUI est ῥῶ πρὸ τῷ Ω, ἀπὸ γῆς τέλος, ut o-
mnes ac singuli, qui vel Nutritores & Directores Ecclesiæ, vel anima-
rum Curatores Gregisve Dominicis Inspectores audiunt cupiuntq; salu-
tari, Sanctum hoc ac salutare, pium, utile atq; honestam Visitacionis
Domestica officium, quod hæc tenus succincta quadam quasi συνεγε-
ρθ̄, ea tamen, quanta quidem per ingenii imbecillitatem operisq; gra-
vitatem fieri poterat, accurratione & sollicitudine BONO cum DEO deli-
neavimus, suo pretio & stiment, nec manum suam auxiliatricem sollici-
tis de Ecclesiarum suarum salute Ministris denegent, ipsi; Verbi Divi-
ni Praecones suarum partium, quantum fieri potest, satagant, neq; ne-
gligant, vel coetus sui vel propriam suam salutem ; quo melius suam im-
mortaliterq; jucundam DULCISSIMI SALVATORIS NOSTRI vocem ipsis la-
tis liceat aliquando audire : Euge serve bone & fidelis ; Intra in gaudi-
um DOMINI TUI, cui nunc ego in tubmisissima animi levigata cor-
disq; humilitate omnimoda pro benignissime concessa Spiritus Sui
Sancti gratia laudem, honorem & gloriam immortalem decerno.

99 A 6910



3

sb.

VDI 77

Pato

McC. 68.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

13

AUXILIANTE DEO TRIUNO
CONSENTIENTE AMPLISSIMO THEOLOGORUM ORDINE
MODERANTE
VIRO MAXIME VENERANDO,
DN. IOHANNE FECHTIO,
SS. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE PROF. PUBL.
ORDIN. AC VENERANDÆ FCTIS SUÆ SENIORE UNDÍQVA-
QUE CELEBRATISSIMO, CONSIST. DUCAL. MECKL. ASSES.
SORE GRAVISSIMO, DISTR. ROSTOCH. SUPER-
INTEND. VIGILANTISSIMO,
DNO. PRÆCEPTORE atque COGNATO
suo, OMNI OBSEQVIO AC PIETATE COLENDO,
DOMESTICAM AUDITORUM
VISITATIONEM
AB ECCLESIAË MINI-
STRO INSTITUENDAM,
DISPUTATIONE THEOL. CIRCULARI
DELINEATAM AC VINDICATAM
IN INCLUTÆ VARNIADUM ACADEMIÆ
ACROATERIO MAXIMO,
AD DIEM SEPTEMBR. A. O. R. MDCCIX.
Publicæ placideque Θεολογίαν των συζητήσει submittit
PHILIPPUS JACOBUS DALERUS,
DURLACO. BADENSIS.

ROSTOCHII, Recul. 1712.